22 ipsi ferunt, utilitati anteponunt. Otium autem quod dicis esse, adsentior; verum otii fructus est non contentio animi, sed re-
6 laxatio: saepe ex socero meo audivi, cum is diceret socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe tamquam e vinclis evolavissent. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet narrare Scaevola, conchas eos et umbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere consuesse et ad omnem animi

no means the only force of the word: cp. i. 57. 243; iii. 24. 94; and Div. in Caec. 15. 47 'usu forensi et exercitatione tironem.'

2. **garrire**, contemptuously of the 'chatter' of philosophers, as in de Nat. Deor. i. 39. 108 'tanta est impunitas garriendi.'

3. **cum**, followed by the conj. because, although it serves to explain 'tempore,' it has at the same time a concessive force, 'although the philosophers are in possession of.' A has *timeant*, a warning not to trust any MS. too blindly, and at the same time a valuable indication that its errors are likely to be those of a mechanical copyist, not of a tamperer with the text.

5. **qui . . . increpuit,** 'for as soon as its clink is heard.'

8. **utilitati,** 'advantage:' cp. i. 9. 36.

9. **otii fructus est,** 'the true way of enjoying leisure is not to strain the mind but to relax the strain.'

10. **socero**: Q. Mucius Scaevola: Introd. p. 21–2.

11. **semper fere** = ἀεὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν: cp. Reid on Lael. § 2.

rusticari: cp. Hor. Sat. ii. 1. 71 'quin ubi se a volgo et scaena in secreta remorant | virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli, | nugari cum illo [Lucilio] et discincti ludere, donec | decoqueretur holus, soliti.'

12. **rus ex urbe**. Sorof notes that it is almost always Cicero's practice to bring together the local expressions, and to place first the words which denote the place to which movement is directed.

13. **vinclis**. So A: see note on i. 43. 194.

14. **umbilicos** has been explained by some to be a kind of sea-snail or sea-cockle, by others as 'small pebbles.' Valerius Maximus viii. 8. 1 (Halm) tells this story, apparently after Cicero: 'constat namque eos [Scipionem et Laelium] Caietae et Laurenti uagos litoribus conchulas et umbilicos lectitasse, idque se P. Crassus ex socero suo Scaevola, qui gener Laelii fuit, audisse saepe numero praedicavit:' (of course *P.* Crassus is a slip of memory for *L.* on the part of Val. Max.). Now the inferior MSS. of Valerius for *umbilicos* (cod. Bern. *obulicos*, corr. Pighius) have *calculos*, which all editors before Halm retain, whence it seems that the latter was at all events the traditional explanation.

15. **Caietam . . . Laurentum.** Caiēta —the modern Gaeta—on a remarkable promontory forming the northern extremity of the large and beautiful bay of Caieta. This bay 'early became a favourite place of resort with the Romans, and was studded with numerous villas. The greater part of these were on its northern shore, near Formiae; but the whole distance from thence to Caieta (about four miles) was gradually occupied in this manner, and many splendid villas arose on the headland itself, and the adjoining isthmus.' E. H. B. in Dict. Geog. Of Laurentum, where Pliny had a villa, described at great length in Ep. ii. 7, he writes 'Litus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum, quae praestant

remissionem ludumque descendere. Sic enim res sese habet, ut, 23
quem ad modum volucris videmus procreationis atque utilitatis
suae causa effingere et constituere nidos, easdem autem, cum
aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere
solutas opere volitare, sic nostri animi negotiis forensibus atque
urbano opere defessi gestiant ac volitare cupiant vacui cura ac
labore. Itaque illud ego, quod in causa Curiana Scaevolae dixi, 24
non dixi secus ac sentiebam: 'nam si,' inquam 'Scaevola, nullum
erit testamentum recte factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad
te cives cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu scribes
unus. Quid igitur?' inquam 'quando ages negotium publicum?
quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages?'
tum illud addidi 'mihi enim liber esse non videtur, qui non
aliquando nihil agit.' In qua permaneo, Catule, sententia meque,
cum huc veni, hoc ipsum nihil agere et plane cessare delectat.
Nam, quod addidisti tertium, vos esse eos, qui vitam insuavem 25
sine his studiis putaretis, id me non modo non hortatur ad dis-
putandum, sed etiam deterret. Nam ut C. Lucilius, homo doctus
et perurbanus, dicere solebat [ea, quae scriberet] neque se ab
indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil in-
tellegerent, alteri plus fortasse quam ipse; de quo etiam scripsit

19. *ea quae scriberet* om. ABzb. incl. K.: habent Lagg. omnes.

multarum urbium faciem, sive mari, sive ipso litore utare.' Cp. Burn's Rome and the Campagna, p. 23. The former was especially a summer, the latter a winter retreat, at all events under the Empire.

1. **ut ... gestiant ac ... cupiant.** The best MSS. have *gestiunt ac ... cupiunt*, which some have attempted to defend as an anacoluthon; but such a construction would be quite out of place here. Lambinus, followed by Or. Henr. and Bake, struck out *ut*, but there is nothing to explain its insertion, if it be not genuine: hence it is perhaps better to acquiesce in the reading of the inferior MSS. with all recent editors.

2. **volucris** (so A), the gen. plur. being *volucrium* as well as *volucrum*, though the former is rare. Cp. Neue ii.[2] 37–8. Keller (Rhein. Mus. 1866, pp. 242–3) shows that Vergil and Horace according to the best MSS. use *volucres* as subst., *volucris*, as adj.

5. **negotiis forensibus atque urbano opere.** The true order of the first two words, which gives the *chiasmus* of which Cicero is so fond, was restored by Ell. from the best Lagg. and γ: it is found also in A.

6. **gestiant**, 'exult.'

7. **in causa Curiana**: Introd. p. 11.

15. **cum huc veni**: Roby, § 1717. Madvig on de Fin. v. 15, 41.

hoc ipsum nihil agere; Roby, § 1355.

16. **Nam**, used in *occupatio* or 'anticipation' of an objection (as in i. §§ 18, 71 (note), 246, 254), generally with the suggestion that there is nothing much in it: we may omit in translation: 'as for the third argument, which you threw in.'

18. **homo doctus et perurbanus.** Kayser quite needlessly brackets these words, which may be rendered 'though himself a learned and highly accomplished man:' cp. i. 16. 72 (note).

19. **[ea quae scriberet]**, omitted in A B b Erf. etc., and probably due only to a misunderstanding of the personal construction of *legi*: for which cp. Quint. x. 1. 96 'Horatius fere solus legi dignus.' The earliest instance of this construction however seems to be Ovid's 'dumque legar' (Trist. v. 14. 5).

'Persium non curo legere,'—hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus—'Laelium Decumum volo,' quem cognovimus virum bonum et non inlitteratum, sed nihil ad Persium; sic ego, si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multo minus apud vos; malo enim non intellegi orationem meam quam reprehendi.'
7 Tum Caesar 'equidem,' inquit 'Catule, iam mihi videor navasse
26 operam, quod huc venerim, nam haec ipsa recusatio disputationis disputatio quaedam fuit mihi quidem periucunda. Sed cur impedimus Antonium? cuius audio esse partis, ut de tota eloquentia disserat, quemque iam dudum et Cotta et Sulpicius exspectat?'
27 'ego vero' inquit Crassus 'neque Antonium verbum facere patiar

1. *noramus* codd. omnes, nisi quod b habet *non ignoramus*, quod temere adripuit K: miro modo Lag. 36 *volaterranus*.

1. **Persium non curo legere ... Laelium Decumum volo,** a trochaic tetrameter catalectic, probably from the 26th book of the Satires of Lucilius, which, as Lachmann and L. Mueller have shown, was the first of his published works. Plin Nat. Hist. Praef. § 7, says 'praeterea est quaedam publica etiam eruditorum reiectio. utitur illa et M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus, et (quod miremur) per advocatum defenditur: "Nec doctissimis—Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo." quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit, Cicero mutuandum, praesertim cum de republica scriberet, quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus.' The praenomen Manius is evidently wrong here: the name of Persius was Gaius. Mr. Munro (Journal of Philology, viii. 207–210) has made it highly probable that Pliny wrote *Persium* in error for some other name: and that the full quotation, as it appeared in the (lost) opening of Cicero's de Republica was

'Nec doctissimis *scribuntur haec neque indoctissimis*:
Persium non curo legere, Laelium Decumum volo:
. . . . . . Manium
[Persium] haec *ego* legere nolo, Iunium Congum volo.'

See note on i. 60. 256.

C. Persius is spoken of by Cic. Brut. 26. 99 as 'litteratus homo, quem significat valde doctum esse Lucilius.' He was quaestor in B.C. 146 (a date which confirms Mr. Munro's view that Lucilius was not born in B.C. 148, but twenty years earlier), and would naturally be dead by B.C. 91. Hence *ut noramus*, 'as we knew him,' not as Sorof and Pid. 'as we learnt from others:' Kühner gives the right explanation 'wie wir ihn kannten.' Nothing seems to be known of Decimus Laelius.

3. **nihil ad Persium,** 'nothing to Persius:' for *ad* = 'compared with' = πρός: cp. de Leg. i. 2. 6 'nihil ad Caelium.' Plaut. Trin. 723 'credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore:' Liv. xxii. 22. 15 'homini non ad cetera Punica ingenia callido persuasit:' Madvig on Cic. de Fin. iii. 16. 52.

4. **si iam**: cp. note on i. 50. 218; Munro on Lucret. i. 968.

6. **reprehendi,** 'disapproved.' So *reprehensor* is used for 'an adverse critic' in Acad. ii. 7: while *existimator* is a favourable or neutral critic.

7. **navasse operam,** 'to have spent my labour well:' *navare*, from the primary notion 'to act energetically,' acquires the force of 'to carry out successfully:' e. g. Tac. Hist. iii. 25 'bellum navare:' Brut. 81. 282 'qui quia navarat miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupiebat.' So 'operam reipublicae navare,' 'to be of good service to the state.'

8. **quod huc venerim,** 'in coming here.' Roby, § 1740.

recusatio, not quite so strong as 'refusal:' *recusare* is to object to do a thing, rather than to refuse; *recusatio* is originally a legal term, being the rejoinder on a *petitio*, and may be rendered 'protest.' Cp. p. Caec. 28. 81 'tu me ad verbum vocas; non ante veniam quam recusaro,' with the references in Jordan's note.

11. **exspectat**: cp. i. 62. 262: Madvig,

et ipse obmutescam, nisi prius a vobis impetraro'—'quidnam?' inquit Catulus. 'Ut hic sitis hodie.' Tum, cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat, 'ego' inquit Iulius 'pro utroque respondeo: sic faciemus; atque ista quidem condicione, vel ut verbum nullum faceres, me teneres.' Hic Catulus adrisit et 28
simul, 'praecisa' inquit 'mihi quidem est dubitatio, quoniam neque domi imperaram et hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facile promisit.'

Tum omnes oculos in Antonium coniecerunt, et ille 'audite vero, audite,' inquit 'hominem enim audietis de schola atque a magistro et Graecis litteris eruditum, et eo quidem loquar confidentius, quod Catulus auditor accessit, cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. Sed quia tamen hoc totum, quidquid 29

§ 213 a. obs. Roby, § 1438, does not cover such cases as this, where the two subjects can hardly be said to form but one notion: cp. de Div. i. 39. 84 'hac ratione et Chrysippus et Diogenes et Antipater utitur.' Here the three philosophers are represented as acting independently and not collectively. This principle explains also Brut. 8. 30; 11. 42; cp. below § 53. In Caes. B. Civ. i. 2 'intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis,' Cassius is thrown in as a kind of afterthought: 'M. Antonius vetoed the resolution of the senate, and so did Cassius.' There is a large collection of similar examples by C. F. W. Müller, in Seyffert's Laelius, p. 78.

1. **impetraro**: imitated by Tac. Dial. de Or. c. 16 'aperiam, inquit, cogitationes meas, si illud a vobis ante impetravero.'

2. **ut hic sitis hodie,** 'that you spend the day here,' expressed elsewhere by *cum* or *ad*: ad Fam. iv. 13. 6 'qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt:' ad Att. x. 4. 8 'Curio ad me fuit sane diu.'

3. **ad fratrem promiserat,** 'he had engaged himself to his brother:' *ad* however is not used as in the passage just cited, but is suggested by the ellipse of some verb of motion; e.g. 'cenatum se iturum.' Cp. Plaut. Stich. iv. 2. 16 'ad cenam hercle alio promisi foras;' de Fin. v. 1. 1 'itaque ad tempus ad Pisonem omnes.'

4. **condicione** (sic A): cp. i. 22. 101 and Prof. Mayor in Journal of Philology, viii. 265–268. Sorof renders 'in fact, on the terms you offer, you would keep me here, even though you uttered no word of invitation,' assuming that Crassus has virtually made the offer that he will allow Antonius to speak, and perhaps say something himself, if they will stay to dinner. But it is very awkward to take 'verbum nullum faceres' in a different sense from 'verbum facere' just above: and indeed the words themselves would hardly bear Sorof's meaning. 'Ista condicio' is the offer of a dinner. Hence Ell. who renders 'with the offer you make, you would keep me, though neither of you should utter a word about oratory,' is practically right.

7. **neque domi imperaram,** 'I had given no orders at home,' of course for dinner: the fuller form of the phrase is found in pro Rosc. Am. 21. 59 'puerum ... cui cenam imperaret.'

sine mea sententia, 'without any expression of my opinion,' i. e. without having a word to say in the matter.

§§ 28–38. ***Antonius, after an ironical prelude, asserts that the art of oratory does not admit of scientific treatment. But he allows that some rules, resulting from observation and experience, may be given for the guidance of a speaker. He magnifies the office of an orator, and claims all good speaking, on whatever subject it may be, as coming within the sphere of oratory.***

10. **vero,** 'by all means.'

de schola: cp. Or. 15. 47 'declamatorem de ludo.' Antonius is ridiculing throughout the self-confident airs of the Greek declaimers.

13. **subtilitatem,** 'delicate precision,' = ἀκρίβειαν, here in the choice of words: in iii. 11. 42 in pronunciation. Cp. i. 5. 17 (note).

set, sive artificium sive studium dicendi, nisi accessit os, nullum potest esse, docebo vos, discipuli, id quod ipse non didici, quid
30 de omni genere sentiam.' Hic posteaquam adriserunt, 'res mihi videtur esse' inquit 'facultate praeclara, arte mediocris; ars enim earum rerum est, quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia, continetur; nam et apud eos dicimus, qui nesciunt, et ea dicimus, quae nescimus ipsi; itaque et illi alias aliud eisdem de rebus et sentiunt et iudicant et nos contrarias saepe causas dicimus, non modo ut Crassus contra me dicat aliquando aut ego contra Crassum, cum alterutri necesse sit falsum dicere, sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias aliud defendat, cum plus uno verum esse non possit. Ut igitur in eius modi re, quae mendacio nixa sit, quae ad scientiam non saepe perveniat, quae opiniones hominum et saepe errores
8 aucupetur, ita dicam, si causam putatis esse, cur audiatis.' 'Nos
31 vero et valde quidem' Catulus inquit 'putamus atque eo magis, quod nulla mihi ostentatione videris esse usurus; exorsus es enim non gloriose; magis a veritate, ut tu putas, quam a nescio

2. *id* om. B. incl. K: habent A Lagg. opt. 3. *genere* ABbγ: *genere dicendi* Ell. S. [*dicendi*] P. 13. *quae ad scientiam non saepe perveniat* incl. K. Ell.

1. **artificium,** in Cic. quite equivalent to *ars*: 'system;' **studium,** 'pursuit,' i. 21. 96.

os, i. 38. 175 (note).

2. **quod ipse non didici,** i. 48. 208.

quid sentiam, i. 21. 98.

4. **facultate,** 'in the capacity,' which it requires: so Arist. Rhet. i. 2 defines rhetoric as *δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν,* not as a *τέχνη*. Cp. the definition in i. 20. 92, and the discussion in i. §§ 102–109. Sorof well points out the ambiguity which arises from the twofold force of *ars.*

6. **actio oratoris,** 'the activity of the orator' = *πᾶσα πρᾶξις ῥήτορος.* There is no reason with Bake to alter the word.

continetur, 'is limited by,' or 'is restricted to.'

9. **contra me dicat:** Introd. p. 13.

10. **alterutri** appears to be the only form used in the dative, though *alterius utrius* is found in the genitive. Cp. Plin. Ep. vii. 20. 6, and Neue Formenl. ii². 257.

11. **alias aliud defendat:** instances of this were frequent enough in Cicero's own experience: among the most striking were his defence of Scamander, coupled with his subsequent defence of Cluentius, and his speeches for Gabinius and Vatinius, against whom he had delivered and published speeches previously. Cp. Quint. xi. 1. 73–4.

12. **ut . . . ita dicam,** 'I will speak with the limitations necessary in the case of a subject which,' etc.

13. **mendacio nixa sit:** cp. Plat. Phaedr. 260 E. *ἡ ῥητορικὴ ψεύδεται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή.*

quae ad scientiam non saepe perveniat, bracketed by Ell. 'Cum latine dici non possint, nisi de eo qui scientiae cupidus est;' but *pervenire* is often enough used of things, both in its literal and in its applied meaning: hence there is no objection to the words, and they are really needed after 'actio opinionibus non scientia continetur.'

15. **aucupetur,** 'lays traps for.' Nägelsb. Stil. p. 392. The metaphor (from fowling) is very common in Cicero. Cp. Orat. 19. 63 'in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupentur.'

18. **a veritate,** 'starting from the real facts of the case:' for this use of *veritas* cp. i. 17. 77 (note).

a nescio qua dignitate, 'from any supposed high value:' *a* is omitted here by the best Lagg. and A, but can hardly be spared. See p. 61 (note). Pid. explains

qua dignitate.' 'Ut igitur de ipso genere sum confessus,' inquit 32
Antonius 'artem esse non maximam, sic illud adfirmo, praecepta
posse quaedam dari peracuta ad pertractandos animos hominum
et ad excipiendas eorum voluntates. Huius rei scientiam si quis
volet magnam quandam artem esse dicere, non repugnabo;
etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro
dicant, non nulli autem propter exercitationem aut propter con-
suetudinem aliquam callidius id faciant, non est dubium quin, si
quis animadverterit, quid sit, qua re alii melius quam alii dicant,
id possit notare: ergo id qui toto in genere fecerit, is si non 33
plane artem, at quasi artem quandam invenerit. Atque utinam,
ut mihi illa videor videre in foro atque in causis, item nunc,
quem ad modum ea reperirentur, possem vobis exquirere! Sed
de me videro; nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamvis
ars non sit, tamen nihil esse perfecto oratore praeclarius; nam
ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate

13. *exquirere*: codd. meliores omnes: legebatur *exponere*.

'excessive, so high or so indefinite that it cannot be more closely described.' I think this is to push the force of the expression too far.

1. **ut**, 'while:' cp. Lael. 4. 14 'ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali.'

de ipso genere, 'on the general question.' The force of *ars* still remains ambiguous; for, as Sorof notices, he has not asserted or attempted to make good his proposition at all as bearing on the theory of the art, but only on its practical side.

3. **ad pertractandos animos hominum**, 'for playing upon the feelings:' cp. i. 51. 222 'ita sensus mentisque hominum pertractat'—orator.

4. **ad excipiendas voluntates**: i. e. for the *captatio benevolentiae*: Introd. p. 54. The metaphor is again taken from hunting, *excipere* being the technical term used of the hunter who lies in wait for game driven out of thickets by the beaters: cp. Hor. Od. iii. 12. 10 'celer alto latitantem fruticeto excipere aprum,' with Orelli's note.

5. **magnam quandam**, 'a really important:' cp. i. 3. 12 (note).

6. **temere** = sine consilio, 'carelessly.' **nulla ratione**, 'with no method.' Cp. Ar. Rhet. i. 1 τῶν μὲν οὖν πολλῶν οἱ μὲν εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν, οἱ δὲ διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως· ἐπεὶ δὲ ἀμφοτέρως ἐνδέχεται, δῆλον ὅτι εἴη ἂν αὐτὰ καὶ ὁδοποιεῖν. δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν οἵ τε διὰ συνήθειαν καὶ οἱ ἀπὸ ταὐτομάτου, τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται· τὸ δὲ τοιοῦτον ἤδη πάντες ὁμολογήσαιεν τέχνης ἔργον εἶναι. Cp. also i. 23. 109. Dr. Hugo Jentsch, 'De Aristotele Ciceronis in Rhetorica Auctore' (Guben, 1874), attempts to prove that Cicero's knowledge of Ars Rhetoric was limited to i. cc. 1–3, and iii. c. 8. He succeeds in showing many differences in their points of view, and conclusions; but divergence is not identical with ignorance.

10. **toto in genere**, 'over the whole subject' of rhetoric, not merely in some one of its subdivisions; notice how this differs from *de omni genere* in § 29.

12. **videor videre**: a play upon words of which Cicero is fond, e.g. de Fin. v. 2. 4 'Carneadis, quem videre videor.'

13. **reperirentur**, attracted into the tense of *possem* (Roby, § 1510), which is not only better supported than the old reading *possim*, but better in itself: it suits the modesty of the tone of Antonius to express his wish in the form which indicates that he regarded it as unattainable. Madvig § 361, obs. 1.

14. **de me videro**, 'I will look to myself hereafter,' a formula by which the consideration of a question is postponed for the time, cp. Roby, § 1593; Madvig, § 340, obs. 4.

dominatur, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit.
34 Qui enim cantus moderata oratione dulcior inveniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione aptius? qui actor imitanda quam orator suscipienda veritate iucundior? quid autem subtilius quam crebrae acutaeque sententiae? quid admirabilius quam res splendore inlustrata verborum? quid plenius quam omni genere rerum cumulata oratio? neque ulla non propria oratoris res est, quae quidem ornate dici graviterque debet.
9 Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate
35 explicata sententia; eiusdem et languentis populi incitatio et effrenati moderatio; eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare, quis vituperare

1. **dominatur**: cp. i. 8. 30. The thought expresses rather what Cicero held *ought* to be the case, than what experience proves to be true. Of recent English statesmen some have been as conspicuous for the absence of any great oratorical powers as others for their presence.

§ 34. Adler (Programm: Halle, 1868) justly calls attention to the exquisite balance and finish of this eulogium of oratory: 'laus, qua dicendi artem Antonius ornat, ipsa artificiosissima est.'

3. **moderata**, 'well-balanced,' in which due regard is paid to the rhythm and euphony of the successive clauses. Cp. Orat. 53. 178 'itaque et longiora et breviora iudicat [animus] et perfecta ac moderata semper expectat.' The old reading 'moderata [or -tae] orationis pronuntiatione,' expelled first by Ell., is evidently due only to an explanatory gloss on *oratione*, which here denotes the delivery of a speech. **cantus** = 'music.'

4. **artificiosa**, 'artistic.'

verborum conclusione 'period,' iii. 44. 174. Brut. 8. 33 'Ante hunc [Isocrates] enim verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat.'

aptius, 'more symmetrical,' 'well-rounded.' Cp. Or. 44. 149 'ut comprehensio [i. q. conclusio] numerose et apte cadat;' 50. 168 'genus illud tertium explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis;' *numerosus* and *aptus* often go together so as to be almost synonymous.

5. **suscipienda veritate**, 'undertaking the charge of some case in real life:' the somewhat strained expression is due to the analogy of 'suscipere causam,' etc. Cp. iii. 17. 63, 'suscepit patrocinium voluptatis.'

6. [**est**] **subtilius**, 'gives more precision:' *subtilis* is often so coupled with *acutus*: e.g. § 96 'acutissimum et subtilissimum dicendi genus.'

sententiae, 'reflexions' = γνῶμαι: thus Euripides is called by Quintil. x. i. 68 'sententiis densus,' and we still speak of a 'sententious' writer.

7. **splendore**: Ernesti (Lex. Technol. s. v.) defines the three requisites of *splendor* to be '(1) claritas et perspicuitas, (2) dignitas ex ornatu et magnificentia, (3) munditiees elegantia et puritate delectans.' Cp. iii. 31. 125.

plenius, 'richer.'

9. **quae quidem**, 'provided that it:' in such restrictive clauses we find both the ind. and the conj.: cp. pro Mil. 1. 3 'reliqua vero multitudo, quae quidem est civium, tota nostra est,' pro Sest. 67. 140.

11. **sententia**, not in a technical sense, but simply 'opinion.' Cicero keeps in view here the three main genera of eloquence: (1) genus deliberativum, (*a*) in the senate, (*b*) in the contio; (2) g. iudiciale; (3) g. demonstrativum, which includes panegyrics, exhortations, censures, consolations, etc. Introd. p. 52. History was added by some, and Cicero inclines to agree with them (Or. 11. 37; 61. 207). Hence 'historia vero.'

13. **Quis . . . consolando?** Nägelsb. Stil. p. 472, quotes this as an example of a skilfully constructed period, with *chiasmus*

improbos asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? quis maerorem levare mitius consolando? historia vero testis temporum, lux veritatis, 36
vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? nam si qua est ars alia, quae verborum aut faciendorum aut legendorum scientiam profiteatur; aut si quisquam dicitur nisi orator formare orationem eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus; aut si via ulla nisi ab hac una arte traditur aut argumentorum aut sententiarum aut denique discriptionis atque ordinis, fateamur aut hoc, quod haec ars profiteatur, alienum esse aut cum alia aliqua arte esse commune: 37
sed si in hac una est ea ratio atque doctrina, non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est huius unius proprium;

6. *verborum aut legendorum* ABbγ Lagg. 4. 32. *verborum aut faciendorum aut legendorum* KS.: *aut faciendorum aut deligendorum* P. (A). cum codicibus nonnullis. 13. *sed si* P (A). S. *at si* K. *et si* codd. (sed Abγ *communes. et*).

in the first two clauses, *anaphora* in the next two, and a mixed structure in the last two.

2. **accusando,** 'by inveighing against it:' cp. i 58. 246.

5. **nam** refers back to 'neque ulla non propria oratoris res est.' This is true because no other art shares the orator's skill either in the creation and choice of words. or in moulding and adorning his style. or in the production of proofs and general reflexions, or in the due arrangement of the various parts of his speech. The first two clauses deal with two aspects (a narrower and a more general one) of *elocutio*, the third with *inventio*, the fourth with *dispositio*.

6. **faciendorum,** 'coin:' so in iii. 37. 149 '(verba) quae novamus et facimus ipsi;' 38. 154; 42. 167: 'facere orationem,' as used in Pid.'s reff. here (i. 14. 63; iii. 48. 184) has a different sense: it is rather to finish or polish one's language

legendorum: so all the codd. mutili; and the use of *legere* = 'to choose' is quite Ciceronian: cp. iii. 37. 150, and de Fin. iv. 15. 40 'omnia. quae leget quaeque reiciet;' hence Pid. has no reason for accepting *deligendorum* from the inferior MSS.

7. **si quisquam**: Madvig, § 494 b.

8. **distinguere,** 'give it brilliancy:' by the *insignia*, 'gems,' a less usual term for the technical phrase 'lumina orationis:' hence the apologetic 'quasi quibusdam' = 'by what we may perhaps call.' The Greek term is σχήματα: hence *insignia* can hardly be a translation. Cp. Brut. 17. 69 'ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus utuntur quos appellant τρόπους, et sententiarum orationisque formis. quae vocant σχήματα.' Or. 25. 83 'illam concinnitatem. quae verborum collocationem illuminat eis luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant.' The σχήματα were divided into (1) the σχήματα λέξεως (lumina verborum); (2) σχήματα διανοίας (lumina sententiarum); (3) σχήματα τῶν ὑποθέσεων (lumina orationis). Cp. iii. 53. 202—54. 208, and Or. 39. 134-138.

9. **via,** 'method,' i. 4. 14.

10. **discriptionis,** not *descriptionis* as the MSS. have here, followed by Kayser (not by Pid. or Sorof): see note on i. 13. 58, and Bücheler, Rhein. Mus. xiii. 598.

12. **alienum esse,** 'belongs really to some other art.'

cum alia aliqua arte: Draeger, Hist. Synt.[1] i. p. 72, points out that while *alius quis* is more common in silver Latin, *alius aliquis* is alone found in Cicero, e.g. de Fin. ii. 33. 109, iv. 17. 46, etc.

13. **sed si . . . doctrina,** 'but if it belongs to this art alone to state principles and impart instruction in all this.'

ea ratio atque doctrina, 'the systematic teaching of all this:' cp. note on *hanc simılitudinem*, § 53.

si qui aliarum artium, 'any professor

sed ut orator de eis rebus, quae ceterarum artium sunt, si modo eas cognovit, ut heri Crassus dicebat, optime potest dicere, sic ceterarum artium homines ornatius illa sua dicunt, si quid ab hac
38 arte didicerunt, neque [enim] si de rusticis rebus agricola quispiam aut etiam, id quod multi, medicus de morbis aut si de pingendo pictor aliquis diserte scripserit aut dixerit, idcirco illius artis putanda est eloquentia; in qua quia vis magna est in hominum ingeniis, eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum atque artium consequuntur; sed, quid cuiusque sit proprium, etsi ex eo iudicari potest, cum videris, quid quaeque doceat, tamen hoc certius esse nihil potest, quam quod omnes artes aliae sine eloquentia suum munus praestare possunt, orator sine ea nomen obtinere suum non potest; ut ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant, hic, nisi domesticis se instruxerit
10 copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.' Tum Catulus
39 'etsi,' inquit 'Antoni, minime impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuae, patiere tamen mihique ignosces; "non

2. *cognovit* Aby: vulgatum *cognorit* unus L. 4. 10. *quid quaeque doceat* corr. K: codd. *doceant*, nisi quod in Aby legitur *quidque*: unde mavult Adler *quid quique* (sc. artifices) *doceant*. 11. *quam quod omnes* codd.: *quod omnes* Madvig. (Advers. ii. 185).

of other branches of knowledge:' and below 'ceterarum artium homines:' cp. i. 27. 124.

non eo, 'it does not therefore follow that:' **idcirco** is more usual with this construction; but cp. § 47 and Nägelsb. p. 519.

2. **heri**: i, 14. 62 ff.

4. **de rusticis rebus**: i. 16. 69; **de morbis**, like Asclepiades, i. 14. 62.

agricola quispiam ... pictor aliquis: no distinction can be drawn between the use of these two pronouns: cp. Draeger, Hist. Synt. i. p. 79.

5. **id quod multi**, sc. fecerunt: cp. i. 59. 253 (note).

multi goes with *omnium generum atque artium*, and is like 'ceterarum artium homines.'

11. **certius**, 'a more convincing proof;' **hoc** (abl.) is explained by 'quam quod' etc., and is pleonastic: cp. i. 37. 169 (note). Hence it is needless with Madvig to reject 'quam.'

13. **ut ceteri**, not (as explained by Pid.[4]) dependent upon 'certius,' but as Adler rightly sees = 'so that.'

cc. 10–17. *After some compliments from Catullus and Crassus* (§§ 39–40) *Antonius proceeds to discuss the proper sphere of rhetoric. He excludes the usual genus demonstrativum, as needing no special precepts* (§§ 43–50); *and also history, the mention of which gives occasion for a rapid survey of the chief Greek historians* (§§ 51–58). *Caesar praises his knowledge of Greek literature, to which Antonius replies that it is confined to the historians and orators* (§§ 59–61). *He then goes on to show that no rules are given by the rhetoricians for writing history, nor for other branches of literary activity which require to be handled with eloquence* (§§ 61–64). *The same is the case with the discussion of abstract propositions, which some assign to the orator; but rules for these are really needless; any one who has mastered the more difficult problems of his art, will need no directions how to deal with the easier ones* (§§ 65–70). *He reasserts in reply to a doubt expressed by Catulus, that forensic oratory is really the most difficult of all* (§§ 71–73).

17. **cursus**, 'flow.'

non enim, etc. Trin. 705 'Nón enim possum quín exclamem euge, eúge, Lysitelés: πάλιν: fácile palmam habés: hic

enim possum, quin exclamem," ut ait ille in Trinummo: ita
oratoris mihi vim cum exprimere subtiliter visus es, tum laudare
copiosissime; quod quidem eloquentem vel optime facere oportet,
ut eloquentiam laudet; debet enim ad eam laudandam ipsam
illam adhibere, quam laudat. Sed perge porro; tibi enim ad-
sentior vestrum esse hoc totum diserte dicere, idque si quis in
alia arte faciat, eum adsumpto aliunde uti bono, non proprio nec
suo.' Et Crassus 'nox te' inquit 'nobis, Antoni, expolivit 40
hominemque reddidit; nam hesterno sermone unius cuiusdam
operis, ut ait Caecilius, remigem aliquem aut baiulum nobis
oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis atque
inurbanum.' Tum Antonius 'heri enim' inquit 'hoc mihi
proposueram, ut, si te refellissem, hos abs te discipulos abdu-
cerem; nunc, Catulo audiente et Caesare, videor debere non
tam pugnare tecum quam quid ipse sentiam dicere. Sequitur 41
igitur, quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro atque in

uictust: uícit tua comoédia.' Ritschl (N. Plaut. Exc. p. 112) has shown that Plautus probably wrote 'Noénum,' which he restores to the text; but he does not doubt that the corruption was earlier than Cicero's time. On the other hand we must restore 'noenum' in the fragment of Ennius quoted by Cic. de Sen. 4. 10 'noenum rumores ponebat ante salutem,' though the MSS. there all give 'non ponebat enim.'

1. **ille**: Stasimus, the speaker, not Plautus, which would be against Cicero's practice in quotations: cp. Kühner on Tusc. i. 14. 31.

2. **exprimere**, not so usual without 'verbis,' 'oratione,' or some such expression, but cp. ad Att. viii. 11. 11, Acad. ii. 77.

4. **ut . . . laudet**, as often, explanatory of *quod*: the infin. is sometimes used in the same way, e.g. de Off. iii. 32. 112 'quod cum audivisset filius adulescens, negotium exhiberi patri.'

7. **proprio** x communi: **suo** x alieno. Cp. i. 50. 217.

9. **hominemque reddidit** = humanumque reddidit: cp. ad Att. iv. 15. 2 'si vis homo esse;' ii. 2. 2 'si homo esset,' with Boot's note.

unius cuiusdam operis (sc. hominem) = 'operarium quendam:' i. 18. 83; 62. 263 (so Sorof). So in Brut. 73. 257, *operarii* and *baiuli* are contrasted with accomplished painters and sculptors. For **baiulus** cp. Gell. v. 3 'Protagoram . . . . adulescentem aiunt victus quaerendi gratia in mercedem missum vecturasque onerum corpore suo factitavisse, quod genus Graeci ἀχθοφόρους vocant, Latine baiulos appellamus.' Fest. s. v. 'baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios.' The origin of the word is quite obscure: to connect it with φέρω, *bear*, etc. as is done even by Lewis and Short, is to bid defiance to phonetic laws. Pott's notion (Et. Forsch. ii. 276) of connecting it with Skt. *vah* is not much better: and it must remain at present an unsolved problem (cp. Ascoli in Kuhn's Ztschr. xvii. 267.) For Statius Caecilius, according to some ancient critics, the best of all the Roman comic poets, often quoted by Cicero (e. g. Lael. 99, de Sen. 36, de Fin. i. 4), cp. Mommsen, ii. 441. The extant fragments are collected by Ribbeck, Com. pp. 35–81, who (p. 78) takes 'operis remex' together, as the whole extent of the quotation from Caecilius; with this I am inclined to agree, translating 'a galley slave in some óne mechanical task;' but it is possible that the words of Caecilius are merely 'remigem aliquem aut baiulum' and that 'unius cuiusdam operis,' are thrown in by way of explanation. Most editors regard 'operis remigem aliquem aut baiulum' as the quotation from Caecilius: translate then 'as a mere galley-slave or porter, who is always plying the same mechanical task.'

12. **enim**, 'Yes, for.' **heri**: i. 31. 138 ff.

oculis civium constituendus, ut videamus, quid ei negotii demus cuique eum muneri velimus esse praepositum; nam Crassus heri, cum vos, Catule et Caesar, non adessetis, posuit breviter in artis distributione idem, quod Graeci plerique posuerunt, neque sane quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur, ostendit: duo prima genera quaestionum esse, in quibus eloquentia versaretur, unum
42 infinitum, alterum certum: infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quaereretur, hoc modo: expetendane esset eloquentia? expetendine honores? certum autem, in quo quid in personis et in constituta re et definita quaereretur; cuius modi sunt, quae in foro atque in civium causis disceptationibusque
43 versantur. Ea mihi videntur aut in lite oranda aut in consilio dando esse posita, nam illud tertium, quod et a Crasso tactum est et, ut audio, ille ipse Aristoteles, qui haec maxime inlustravit, adiunxit, etiamsi opus est, minus est tamen necessarium.' 'Quidnam?' inquit Catulus 'an laudationes? id enim video
11 poni genus tertium.' 'Ita,' inquit Antonius 'et in eo quidem
44 genere scio et me et omnis, qui adfuerunt, delectatos esse vehementer, cum a te est Popilia, mater vestra, laudata, cui

3. **posuit,** 'stated,' as in i. 15. 65; not as in § 2.

5. **prima genera,** 'main divisions:' abstract and concrete: cp. Introd. p. 56. The division was first made by Hermagoras: cp. Volkmann, Rhetorik, p. 21.

10. **in personis,** 'with reference to individuals:' cp. i. 32. 144 (note).

12. **oranda,** '*orare,* antiquos dixisse pro *agere* testimonio est, quod *oratores* dicti et causarum actores et qui rei publicae mandatas causas agebant,' Festus, p. 198 (Müller). The archaic use remains in this legal phrase: cp. de Off. iii. 10. 43 'litis orandae tempus.'

13. **illud tertium,** i. e. the *genus demonstrativum*: **tactum,** i. 31. 141.

14. **ut audio.** Antonius desires to keep up the impression of his ignorance of Greek literature. He admits (§ 61) having looked at some philosophical treatises, but not at any on rhetoric.

Aristoteles, Rhet. i. 3. 1 ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν . . . ὥστε ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικὸν δικανικὸν ἐπιδεικτικόν. Cp. Introd. p. 52, and Cic. de Inv. i. 5. 7 'Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministravit, tribus in generibus versari rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, iudiciali.' On Cicero's relation to Aristotle Prantl (Gesch. der Logik, i. p. 512, note) writes: 'All the passages in which Cicero names the name of Aristotle are revolting from the audacity of the man, who, without any capacity whatever for understanding him, presumes to pass judgment either of praise or blame.'

15. **opus est,** 'of service:' cp. ad Fam. i. 9. 25 'legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse:' Cato apud Senec. Ep. 94, § 28 'Emas non quod opus est, sed quod necesse est:' cp. below, § 326. Antonius discusses this division briefly in §§ 341–349.

16. **video.** Catulus speaks as an accomplished Greek scholar.

17. **Ita,** 'yes,' the most usual way of expressing an affirmative: *sic* and *etiam* are used in the same way.

19. **Popilia:** Introd. p. 24. The custom of pronouncing funeral orations over eminent men was one of great antiquity at Rome. The first instance in which the honour of a *laudatio* was allowed to women was, according to Liv. v. 50. 7, in the case of those who had contributed their gold ornaments to make up the ransom paid to the Gauls. Cp. Plut. Camill. 8; de Mul. Virt. vii. p. 1. We have well-known

primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto.
Sed non omnia, quaecumque loquimur, mihi videntur ad artem
et ad praecepta esse revocanda; ex eis enim fontibus, unde 45
omnia ornamenta dicendi sumuntur, licebit etiam laudationem
ornare neque illa elementa desiderare, quae ut nemo tradat, quis
est qui nesciat, quae sint in homine laudanda? positis enim eis
rebus, quas Crassus in illius orationis suae, quam contra con-
legam censor habuit, principio dixit: quae natura aut fortuna
darentur hominibus, in eis rebus se vinci posse animo aequo
pati; quae ipsi sibi homines parare possent, in eis rebus se
pati non posse vinci; qui laudabit quempiam, intelleget ex-
ponenda sibi esse fortunae bona; ea sunt generis, pecuniae, 46
propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formae, virium,
ingenii et ceterarum rerum, quae sunt aut corporis aut extraneae;
si habuerit, bene rebus eis usum; si non habuerit, sapienter
caruisse; si amiserit, moderate tulisse; deinde, quid sapienter
is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuste, quid
magnifice, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique
cum aliqua virtute aut fecerit aut tulerit: haec et quae sunt
eius generis facile videbit, qui volet laudare; et qui vitu-
perare, contraria.' 'Cur igitur dubitas,' inquit Catulus, 'facere 47
hoc tertium genus, quoniam est in ratione rerum? non
enim, si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum.'

6. *possit enim in rebus*: codd. mutili (A poss^{it}, eadem manu correctum) *positis enim iis rebus* SP. Ell. *posita enim in eis sunt rebus* K. 11. *pati vinci non posse* om. A. *pati non posse vinci* Lagg. 4, 13, 32, 36 γ. 15. *si habuerit*: ante haec verba lacunam frustra suspicatur fuisse K.

later examples in the speeches delivered by Julius Caesar over his aunt Julia, the widow of Marius, and his wife Cornelia, and by Augustus over his grandmother, Julia, the widow of M. Atius Balbus: there are numerous other instances, and fragments of two such *laudationes* are preserved in Orell. Inscript. 4859 and 4860.

5. **desiderare**, sc. *opus erit*, to be supplied from **licebit**: cp. i. 13. 59 (note); 58. 246: similarly in iii. 10. 38 'neque enim conamur docere . . . neque sperare [audemus],' etc. **elementa**, 'rules of the schools.'

quae ut nemo tradat, 'for even if no one teaches them.'

6. **positis enim eis rebus**, 'for if he lays down to start with those things: the reading here is very uncertain. A has poss^{it} (in litura), the *it* however in the same hand, the best Lagg. *possit* or *poscit*, the inferior ones *possitis*. Kayser reads *posita enim in eis sunt rebus*, and in l. 11 *itaque qui*.

7. **contra collegam**: Introd. p. 11.

15. **usum**, sc. esse dicet.

16. **deinde**, i.e. turning to the advantages which a man has won by his own exertions.

22. **est**: so all the best MSS.: *inest*, retained by Pid. and Sorof, looks much more like a correction. Ell. has quoted many examples of 'est' used as here, 'it lies in the nature of things;' i.e. because the character and circumstances of a man make it always easy to praise or blame him.

23. **eo**: cp. § 37.

'Quia nolo,' inquit, 'omnia, quae cadunt aliquando in oratorem,
quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine
48 praeceptis suis; nam et testimonium saepe dicendum est ac non
numquam etiam adcuratius, ut mihi etiam necesse fuit in Sex.
Titium, seditiosum civem et turbulentum; explicavi in eo testi-
monio dicendo omnia consilia consulatus mei, quibus illi tribuno
plebis pro re publica restitissem, quaeque ab eo contra rem
publicam facta arbitrarer, exposui; diu retentus sum, multa
audivi, multa respondi. Num igitur placet, cum de eloquentia
praecipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte
12 tradere?' 'Nihil sane' inquit Catulus 'necesse est.' 'Quid si,
49 quod saepe summis viris accidit, mandata sint exponenda aut
in senatu ab imperatore aut ad imperatorem aut ad regem aut
ad populum aliquem a senatu, num quia genere orationis in eius
modi causis adcuratiore est utendum, idcirco pars etiam haec
causarum numeranda videtur aut propriis praeceptis instruenda?'
'Minime vero,' inquit Catulus; 'non enim deerit homini diserto
in eius modi rebus facultas ex ceteris rebus et causis comparata.'
50 'Ergo item' inquit 'illa, quae saepe diserte agenda sunt et quae
ego paulo ante, cum eloquentiam laudarem, dixi oratoris esse,
neque habent suum locum ullum in divisione partium neque
certum praeceptorum genus et agenda sunt non minus diserte,
quam quae in lite dicuntur, obiurgatio, cohortatio, consolatio,
quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret;
sed ex artificio res istae praecepta non quaerunt.' 'Plane' inquit
51 Catulus 'adsentior.' 'Age vero,' inquit Antonius 'qualis oratoris

4. *mihi etiam necesse*: codd. mutili K: *mihi necesse* SP. Ell. 14. *eius modi causis* KS. cum Abγ Lagg. 32, 36: *huius modi causis* P. 23. *cohortatio*: post hoc verbum desunt duo folia in A.

3. **suis**, 'special' = *propriis* in § 49.

et testimonium, a slight anacoluthon: the natural sequence would have been *et mandata exponenda*: but the illustration of the first topic leads to a digression, so that the second is introduced in a new form. Cp. i. 49 214 (note).

5. **Titium**: Introd. p. 14.

10. **praecipias**: the indef. 'you,' which requires the subjunc.: Roby, §1544, 1546. Here however it is also required by the notion of 'indefinite frequency.'

12. **accidit.** Ell. shows by a large collection of instances that *accidit* by no means necessarily connotes the idea of misfortune, as has often been asserted.

13. **ab imperatore**: a general might request some friend in the senate to state before them the requirements of his army. This suits the general context, that even *summi viri* have to make speeches on special subjects without special knowledge.

ad imperatorem, 'to be conveyed to a general.'

20. **paulo ante**, § 35.

21. **neque** and **et** correspond: the second *neque* introduces a subordinate clause.

25. **artificio**, 'system,' as in § 29, and i. 32. 146.

26. **Age vero**, 'but further:' i. 8. 32 (note).

et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?' 'Si, ut Graeci scripserunt, summi,' inquit Catulus; 'si, ut nostri, nihil opus est oratore; satis est non esse mendacem.' 'Atqui, ne nostros contemnas,' inquit Antonius, 'Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso; erat enim 52
historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnis singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus referebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, hique etiam nunc annales maximi nominantur: hanc simili- 53
tudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum gestarumque rerum reliquerunt; itaque qualis apud Graecos Pherecydes,

11. *hique* B, quod voluit K: dedit [*ei*] *qui*, quod vereor ut satis Latine dicatur; dederant tamen P S, neque hic quidem probat.

3. **Atqui,** a word well discussed by Fleckeisen, Crit. Misc. p. 25.

ne, '(and this I say) that you may not:' cp. Roby, § 1660, 1662.

5. **Cato**: Teuffel, § 109. **Pictor,** ib. § 105. Q. Fabius Pictor wrote in Greek, and was an earlier contemporary of Cato; but the Latin version of his work was later than Cato's Origines; hence the order in which the two are here mentioned. In de Leg. i. 2. 6, Cicero writes 'nam post annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iniucundius [MSS. iucundius], si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium venias, quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile quam isti omnes?'

Piso, L. Calpurnius (consul with Scaevola, B.C. 133), Teuffel, § 128. 4. Cicero expresses a similar opinion of his writings in Brut. 27. 106 'isque et orationes scripsit, quae iam evanuerunt, et annales sane exiliter scriptos.' But Gellius, an admirer of the archaic style, writes very differently: cp. vii. 9. 1 'res perquam pure et venuste narrata a Pisone:' xi. 14. 1 'simplicissima suavitate et rei et orationis L. Piso Frugi usus est in primo annali.' The extant fragments of all these writers are collected in H. Peter 'Historicorum Romanum relliquiae' Vol. I (Leipzig, 1870), pp. 5–39 (cp. 109–110), 51–94, 118–137, and all that is known of them is fully discussed in his Prolegomena lxix–c, cxxvii–clxvii, clxxxviii–cci.

6. **nihil aliud nisi annalium confectio.** 'Sallust is the first cultivated historian of the Romans: all previous productions are either mere registers, or the materials are undigested, and there is a want of historical style.' Teuffel, Rom. Lit. § 31.

memoria, 'traditional account,' i. 2. 4.

8. **P. Mucium,** the consul of B.C. 133 (Introd. p. 21, note).

11. For the **annales maximi,** cp. Teuffel § 66; Lewis, Credibility of Early Roman History, cc. iv. and v.; Peter, Proleg. u. s.; Mommsen, i. 477 f. The account given by Servius on Verg. Aen. i. 377, is probably partly derived from this passage: 'ita annales conficiebantur, tabulam dealbatam quotannis pontifex maximus habuit, in qua praescriptis consulum nominibus et aliorum magistratuum digna memoratu notare consueverat, domi militiaeque, terra marique gesta, per singulos dies, cuius diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres [i. e. probably P. Mucius] retulerunt, eosque a pontificibus maximos appellarunt.'

hanc similitudinem scribendi, 'a style of writing like this' = 'huic simile genus scribendi.' Cp. de Fin. v. 15. 42 'quam similitudinem videmus in bestiis' = 'cuius rei simile aliquid videmus:' de Nat. Deor. ii. 10. 27 'quam similitudinem cernere possumus in eis aquis:' Holden on de Off. i. 4. 14.

12. **ei qui,** by attraction, 'what are still called.' Roby, § 1068.

14. **Pherecydes, Hellanicus, Acu-**

Hellanicus, Acusilas fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio—modo enim huc ista sunt importata—et, dum intellegatur quid
54 dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. Paulum se erexit et addidit maiorem historiae sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, Antipater; ceteri non exornatores rerum, sed
13 tantummodo narratores fuerunt.' 'Est,' inquit Catulus 'ut dicis; sed iste ipse Caelius neque distinxit historiam varietate colorum neque verborum conlocatione et tractu orationis leni et aequabili

5. *vocis* incl. Ell. K. 8. *colorum* K e coniect. Jacobsii, *locorum* codd.

silas: cp. Müller (Donaldson), Hist. of Greek Literature, i. 346–350. Acusilas or Acusilaus of Argos was the earliest, but the least important of the three. There is no positive evidence to show whether the name of the second is Hellanīcus (for Ἑλλανόνικος) or Hellanĭcus (i.e. Ἑλλάνικος for Ἑλληνικός with the accent thrown back according to the Aeolic tendency): the former view is maintained by Lobeck on Phrynichus, p. 670, and Dindorf, Steph. Thes. s. v. and adopted by Dr. Schmitz in the Dict. Biog.: the latter by Donaldson, l. c. iii. p. 446.

2. **tenent**, 'understand:' cp. pro Mur. 9. 22 'ille tenet et scit ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae arceantur.'

3. **modo**; cp. iii. 51. 198 (of the introduction of the period): in § 121 this service is ascribed to Crassus.

huc, i. e. into Rome.

5. **sonum vocis**, 'tone:' history is personified as above in § 36: we might say 'made history speak with a richer tone.'

6. **familiaris**: cp. Brut. 26. 102 'L. Caelius Antipater scriptor . . . fuit ut temporibus illis luculentus, iuris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister.'

Antipater: Teuffel, § 132, 4: Peter, Hist. Rom. Rell. pp. 147–164, with Proleg. ccxiii–ccxxxvii. Sieglin, Fragm. Cael. Ant. (Leipzig, 1880): cp. de Leg. l. c. 'Fannii aetate coniunctus Antipater paulo inflavit vehementius habuitque vires agrestis ille quidem et horridas, sine nitore ac palaestra.'

8. **varietate colorum**: the MSS. all give *locorum*, which was suspected first by Ernesti: 'interdum suspicatus sum *rerum*, quia opponitur *verborum collocatio* et *tractus orationis*, etc. tum paulo post de Thucydide sunt *res* et *verba*.' Jacobs suggested *colorum*, which has been adopted by Kayser, Pid., Sorof, and some earlier editors. This is strongly supported by some parallel passages: cp. ad Her. iv. 11. 16 'exornationes si rarae disponentur, distinctam sicuti coloribus—reddent orationem,' and Or. 19. 65 (of the epideictic style) 'verba altius transferunt eaque ita disponunt ut pictores varietatem colorum.' Of course *color* is in these passages (as in iii. 25. 95; 52. 199) used in its ordinary sense, though applied figuratively: it has a special technical sense in some writers on rhetoric, for which cp. Volkmann, Rhet. p. 78 note, Ernesti, Lex. Techn. s. v. χρῶμα. I do not think it impossible (with Ellendt) to defend *locorum* here, in the sense of 'general reflexions:' cp. i. 13. 56 (note): for these *loci communes* are almost identical with the *sententiae*, which are *lumina orationis* very proper to history, and indeed demanded by Antonius in § 63. But the correction is an easy one (cp. above, § 2, note), and it is hard to resist the force of the parallel passages. Besides it is perhaps more natural here that Caelius should be charged with a want of variety in style, rather than with deficient sententiousness, though Cicero in Brut. 93. 322 does complain of the lack of orators in his youth 'qui dilatare posset, atque a propria ac definita disputatione hominis ac temporis ad communem quaestionem universi generis orationem traducere.' Kühner rejects the reading *colorum*, on the ground that the style is not discussed until the following clause, but this begs the question. With the reading in the text we may translate: 'But even your friend Caelius himself did not set off history by any variety of colouring, nor did he give polish to that work of his by the arrangement of his words and by the smooth and regular flow of his style.'

perpolivit illud opus; sed ut homo neque doctus neque maxime
aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit; vicit tamen, ut dicis,
superiores.' 'Minime mirum,' inquit Antonius 'si ista res adhuc 55
nostra lingua inlustrata non est; nemo enim studet eloquentiae
nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat; apud
Graecos autem eloquentissimi homines remoti a causis forensibus
cum ad ceteras res inlustris tum ad historiam scribendam maxime
se applicaverunt: namque et Herodotum illum, qui princeps genus
hoc ornavit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus;
atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Graece
scripta intellegere possum, magno opere delectet; et post illum 56
Thucydides omnis dicendi artificio mea sententia [facile] vicit;
qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum
sententiarum numero consequatur, ita porro verbis est aptus et
pressus, ut nescias, utrum res oratione an verba sententiis in-

1. *maxime* om. K cum Bγ. 10. *ego Graece scripta* incl. K post Bakium. 12. *facile* incl. K cum B.

1. **ut homo,** 'as a man would, who was,' § 2.

2. **dolavit,** 'rough-hewed.'

3. **ista res,** i. e. history.

4. **illustrata,** 'embellished,' i. e. written in an elegant style. The word is used more frequently with the force of 'elucidate:' e. g. Acad. i. 1. 3 'philosophiamque veterem illam a Socrate ortam Latinis litteris illustrare.'

5. **in causis atque in foro**: virtually a hendiadys, as in § 33.

8. **princeps ornavit.** The 'logographers' before the time of Herodotus had by no means shaken themselves free from the clumsiness which marked the earliest attempts at prose composition. Herodotus, though selected by Aristotle (Rhet. iii. 9. 2) as his type of the jointed style (λέξις εἰρομένη), is not without some approach to the more finished periodic structure of later writers. His relation to his predecessors in the matter of style is very well discussed by Mr. Woods in the Introduction to his edition of Book I (pp. xxvii–xxxii). Cp. also Mure, Hist. Gr. Lit. iv. 513; Müller and Donaldson, i. 362; Mahaffy, ii. 31. *Princeps* here 'first' in time, as in Caes. B. C. i. 76 'princeps in haec verba iuret,' not as often of rank or position.

12. **Thucydides**: cp. Brut. 7. 29 'Huic aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit ex Thucydidi scriptis, qui ipse tum fuit, intellegi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, et ob eam ipsam causam subobscuri.' In Brut. 83. 287–8, Cicero compares the style of Thucydides to fiery old wine, and says that it is not to be imitated by the orator.

14. **aptus,** not as Müll. and Ern. 'compressed,' which is not justified either by the derivation of the word or by its usage, but 'exact:' cp. iii. 55. 210 'quid aptum sit, hoc est quid maxime decens in oratione.' From 'apere,' to fit, comes the participle *aptus*, 'fitted;' hence 'close-fitting.' Cp. Brut. 39. 145 'verbis erat [Scaevola] ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus.'

15. **pressus,** 'precise:' this word is often used with the force of 'concise,' as in § 96, and Quint. xii. 10. 18 'cum Attici pressi et integri, contra Asiani inflati et inanes haberentur.' But the other meaning is also found, and here suits the context better. On the other hand 'praecise' always means 'concisely,' not 'exactly.' Cp. de Fin. iv. 10. 24 'mihi placet agi subtilius et pressius:' Tusc. iv. 7. 14 'definiunt pressius' (with Kühner's note). In Acad. ii. 9. 29, and 34. 109, Mr. Reid translates 'pressius' 'trenchantly.' Cp. Cic. Hortens. frag. 46 (Baiter) 'pressum. Subtile. M. Tullius in Hortensio: quis te aut est aut fuit un-

lustrentur: atqui ne hunc quidem, quamquam est in re publica versatus, ex numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt; et hos ipsos libros tum scripsisse dicitur, cum a re publica remotus atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exsilium pulsus esset; hunc consecutus est Syrācosius Philistus,
57 qui, cum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea vero ex clarissima quasi rhetorum officina duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam contulerunt; causas

2. *dictitarunt* PS, cum B. *dictitarent* Lag. 36 cum plurimis aliis, K. 3. *hos ipsos libros* KS, Bb, *hos libros* P. Ell. 8. *ex clarissima quasi rhetorum officina* KS cum Bb: *quasi ex clarissima rhetoris officina* P. 9. *ab Isocrate magistro impulsi*, incl. K.

quam in partiundis rebus, in definiendis, in explicandis pressior,' Nonius, p. 364. 22. Kühner renders here 'so treffend ferner in Ausdrucke und genau.'

2. **dictitarunt**: so Pid. and Sorof, with the older MSS. Kayser *dictitarent*, with the inferior MSS. The subj. cannot be said to be required here; for the relative clause 'by a periphrasis describes and specifies the idea concerning which the statement is made, so that the relative proposition supplies the place of a simple name:' here 'eorum qui causas dictitarunt' = 'of forensic speakers.' Cp. Madv. § 362 a.

4. **atque,** 'and in fact.'

optimo cuique, e.g. Miltiades, Aristides, Themistocles, Cimon. For the justice of this assertion cp. Grote's remarks upon the action of ostracism: Vol. iii. 129 (ed. 1862).

5. **exsilium**: the *xs* is justified by the etymology of the word, but on the Mon. Ancyr. we find *exilium* (i. 10), and no rule can be laid down for the orthography. Here Ell. notes '*s* non habent Lgg. praeter 93, qui ita corr.' Reid on pro Arch. p. 72, says 'Usage in these words probably varied, but the form *exs-* preponderated,' which is more accurate than Roby, § 112. Cp. Brambach, Neugest. d. Lat. Orth. pp. 278-280.

Syracosius: Lg. 5. 16. 86 'quod probandum videretur si firmiores testes haberet.' Ell. We have this form in A at iii. 34, 139, and it is found also in de Off. i. 44. 155; therefore we need not hesitate to adopt it. The usual Latin form is *Syracūsanus*: the only other instance of *Syracusius* seems to be in Tusc. v. 35. 100, where the MSS. are by no means at one in giving it. Of course *Syrăcūsius* is not possible in dactylic verse; cp. Verg. Ecl. vi. 1.

Philistus, born about B.C. 430, exiled in B.C. 386 by the elder Dionysius, although he was his devoted partisan and had helped him to secure the throne, and recalled by the younger Dionysius. He began when in exile in Epirus a history entitled τὰ Σικελικά, which after his return he carried down to B.C. 362. Cp. Cic. ad Quint. Fr. ii. 13. 4 'Siculus ille capitalis [i. e. Philistus] creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides.' Quint. x. 1. 14 'Philistus quoque meretur, qui turbae quamvis bonorum post eos [sc. Herodotus, Thucydides, Theopompus] auctorum eximatur, imitator Thucydidi et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior.' Cp. Mure, v. 503-509; Mahaffy, ii. 431-433; Müller, Fragm. Hist. Gr. i. 185-192.

8. **quasi** apologises for the expression **officina,** 'factory' (= opificina).

9. **Theopompus** of Chios: Mure, v. 509-529. E. Curtius, Hist, of Greece, v. 176 ['in his style he shared the clearness and dignity of his teacher']; Mahaffy, ii. 434-437. He wrote two great works, the Ἑλληνικά in 12 books. from the close of the history of Thucydides to the battle of Knidos in 394, and the Φιλιππικά in 58 books. Although he never wrote court speeches, probably as being a man of independent means, he was distinguished for his epideictic rhetoric. Müller, i. 278-333.

Ephorus of Cyme 'was not so brilliantly endowed by nature' (Curt. v. 178), 'but his power of endurance and his qualifications for learned research were proportionately greater.' He wrote a

omnino numquam attigerunt. Denique etiam a philosophia **14**
profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele **58**
Callisthenes, comes Alexandri, scripsit historiam, et is quidem
rhetorico paene more; ille autem superior leniore quodam sono
est usus, et qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens
fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur,
dulcior. Minimus natu horum omnium Timaeus, quantum autem
iudicare possum, longe eruditissimus et rerum copia et senten-
tiarum varietate abundantissimus et ipsa compositione verborum
non impolitus magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed
nullum usum forensem.' Haec cum ille dixisset, 'quid est,' **59**
inquit 'Catule?' Caesar; 'ubi sunt, qui Antonium Graece negant

Universal History (ἱστορίαι) from the return of the Herakleidae to the capture of Perinthus in B.C. 340, in 30 books. Mure, v. 529–540. Müller, i. 234–277.

1. **Denique**, 'finally.' Cicero had intended to close with the mention of Xenophon: Timaeus is an after-thought. Cp. however Munro on Lucret. i. 17. **A philosophia profectus** virtually goes with both Xenophon and Callisthenes: 'there is, proceeding from philosophy, first X.'

2. **ab Aristotele**, 'a pupil of Aristotle:' cp. § 160, and de Off. iii. 33. 116 'atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii,' with Holden's note. The construction is an imitation of the Greek *οἱ ἀπὸ Πλάτωνος*. Callisthenes of Olynthus, born about B.C. 360, was adopted and educated by Aristotle, joined Alexander in Asia, and was put to death by him in B.C. 328, on a charge of conspiracy. His fate excited great indignation and sympathy in Greece. His historical works were (1) Hellenica in ten books, from the peace of Antalcidas to the occupation of the temple at Delphi by the Phocians (B.C. 387–357); (2) a History of the Sacred War in continuation of the former work; (3) an unfinished History of Alexander. The extant fragments collected by Müller (Script. Alex. M. p. 7) do not enable us to judge of his style. Aristotle is quoted by Plutarch (Alex. 54) as calling him powerfully eloquent in speech: Longinus and Timaeus accuse him of bombast, and this is certainly true of the passages quoted from his History of Alexander. Cp. Mure, v. 553–568.

4. **leniore quodam sono ... dulcior**: of Xenophon Suidas says, *Ἀττικὴ μέλιττα ἐπωνομάζετο*: Diogenes Laert. ii. 57 *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας*: Cic. Or. 19. 62 'Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt:' 9. 32 'cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.' Mure writes (v. 261), 'His style indeed, in the proper sense, has been universally and justly admired for graces of no ordinary character; for an easy, elegant simplicity, and harmonious flow of expression, for perspicuity of sense, and purity of Attic idiom. These however are pleasing and attractive, rather than striking or brilliant qualities.' For criticisms on his Attic purity, cp. Cobet, Nov. Lect. *passim*, esp. pp. 388 ff. 722 f., and Shilleto on Thuc. i. 43. 2 ('he frequently departs from his country's usage'). The peculiarities of the style of the *Anabasis* are collected by Mr. Pretor (Anab. ii. pp. 7–11), partly on the authority of Shilleto.

7. **Timaeus** of Tauromenium, born about 352, died about 256. He was banished from Sicily by Agathocles, probably in 310, and lived for more than fifty years at Athens. He wrote the history of Sicily from the earliest times down to 264, at which date Polybius commences his work. Polybius finds great fault with his method of writing history, and pronounces him quite unfit for the task he had undertaken. His most serious charge, that Timaeus had no practical knowledge of war or politics, and drew his knowledge from books alone, seems to have been well-grounded, and is not inconsistent with Cicero's judgment here. Cp. Müller, vol. i. pp. 193–233.

11. **quid est?** 'What do you say to this?'

12. **Graece**: the adverb is generally used not only with *loqui*, but also with *scire* (§ 265), *nescire* (Brut. 37. 140), *docere*

scire? quot historicos nominavit! quam scienter, quam proprie
de uno quoque dixit!' | 'Id mehercule' inquit Catulus 'admirans
illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc,
cum haec nesciret, in dicendo posse tantum.' 'Atqui, Catule,'
inquit Antonius 'non ego utilitatem aliquam ad dicendum au-
cupans horum libros et non nullos alios, sed delectationis causa,
60 cum est otium, legere soleo. Quid ergo? est, fatebor, aliquid
tamen; ut, cum in sole ambulem, etiamsi ego ob aliud ambulem,
fieri natura tamen, ut colorer, sic, cum istos libros ad Misenum—
nam Romae vix licet—studiosius legerim, sentio illorum tactu
orationem meam quasi colorari. Sed ne latius hoc vobis patere
videatur, haec dumtaxat in Graecis intellego, quae ipsi, qui
61 scripserunt, voluerunt volgo intellegi: in philosophos vestros si
quando incidi, deceptus indicibus librorum, qui sunt fere inscripti

8. *ob aliud* Ell. KP: B Lagg. 36: *ob aliam causam S.* 10. *tactu* codices quattuor non optimae notae: *cantu* ceteri: desunt nobis codices mutili. 11. *sed ne latius*, his verbis incipiunt Lg. 2, 4, 13, 32 γ. si fidendum est Ellendtio. 13. *scripserunt*: codicis A. incipit folium quartum:—[serunt.

(Plin. Ep. vii. 4. 9) etc.: not however with *reddere*.

1. **quam proprie,** etc. 'how well he has expressed the characteristic of each.'

7. **Quid ergo?** This phrase is rarely, if ever, used without a second question following, which suggests a view which is to be refuted: e.g. de Off. iii. 18. 73 'quid ergo? satin est hoc ut non deliquisse videantur? mihi quidem non videtur.' Hence there is much plausibility in Sorof's suggestion that a second question must have dropped out here. The old punctuation 'quid ergo est?' will not stand, for this could only be rendered 'what do I mean then?' The only rendering of the text which suits the context is 'what do I gain then?' which the words will hardly bear.

8. **tamen,** 'after all.'

9. **fieri,** governed by 'sentio,' as *necesse esse* is by 'arbitror' in § 69. Bake corrects (?) *fit*, because he holds that no one can *feel* himself growing sunburnt. We need not reply with Ell. 'multi sentiunt, opinor:' but still less need we correct so slight a zeugma.

ad Misenum. Antonius had a villa here, which afterwards belonged to his grandson the triumvir (Phil. ii. 19. 48; ad Att. x. 8; xiv. 20). It was probably while she was staying here that the orator's daughter was carried off by pirates (de Imp. Cn. Pomp. 12. 33, with Halm's note). There was another and a more famous villa at Misenum, which belonged first to C. Marius, afterwards to Lucullus, and then to the emperor Tiberius, who died there (Tac. Ann. vi. 50).

10. **tactu.** There can be hardly any doubt that this is the right reading, though it has very slight MS. authority; the great majority of the MSS. have *cantu*, which Ell. endeavours to defend as said 'nove quidem sed eleganter' for the tone and rhythm of style, as in Or. 18. 57 'est autem etiam in dicendo quidam cantus obscurior;' but the whole context shows that this is said only with reference to delivery. *Tactus* = 'influence,' as in de Nat. Deor. ii. 15. 40 'is solis tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam comburat,' de Div. ii. 46. 97 'ex quo intellegitur, plus terrarum situs quam lunae tactus ad nascendum valere' (where the reading *tactus* is certainly better than the v. l. *tractus*, given by Moser: in the former passage there is no doubt about the reading).

12. **dumtaxat,** i. 58. 249 (note), 'merely.'

13. **vestros.** Catulus and Caesar being both attached to Greek literature, iii. 49. 187; cp. 'Aristoteles, Catule, vester' iii. 47. 182. See note on i. 35. 160, but notice Munro's defence of *vester* = *tuus*, in Catullus; 'Elucidations,' p. 216.

14. **indicibus,** 'titles:' not quite so common as 'titulus' or 'inscriptio:' but

de rebus notis et inlustribus, de virtute, de iustitia, de honestate,
de voluptate, verbum prorsus nullum intellego; ita sunt angustis
et concisis disputationibus inligati; poëtas omnino quasi alia
quadam lingua locutos non conor attingere. Cum his me, ut
dixi, oblecto, qui res gestas aut orationes scripserunt suas aut
qui ita loquuntur, ut videantur voluisse esse nobis, qui non sumus
eruditissimi, familiares. Sed illuc redeo: videtisne, quantum **15**
munus sit oratoris historia? haud scio an flumine orationis et 62
varietate maximum; neque eam reperio usquam separatim in-
structam rhetorum praeceptis; sita sunt enim ante oculos. Nam
quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere
audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne quae suspicio
gratiae sit in scribendo? ne quae simultatis? Haec scilicet fun- 63
damenta nota sunt omnibus, ipsa autem exaedificatio posita est
in rebus et verbis: rerum ratio ordinem temporum desiderat,
regionum descriptionem; volt etiam, quoniam in rebus magnis

3. *concisis*: codd. mut. *longis*. 6. *loquuntur*: *locuntur* Lagg. 2, 32, 36: A (ut solet) *loquontur*. 7. *eruditissimi*: codd. mut. *prudentissimi*. 16. *quoniam*: A *quod tamen*.

cp. Suet. Cal. 49 'alteri (libello) Gladius, alteri Pugio index erat.'

3. **concisis.** The codd. mutili have *longis*, which probably arose from a misunderstanding of the contraction *concis.* Perhaps there was also an unseasonable recollection of the verbosity of much philosophical writing. But the Stoics, and especially Chrysippus, with all their wordiness were noted for the obscure brevity of their style. Cp. below, § 159.

illigati, 'entangled.'

alia quadam, 'a quite different.'

4. **Cum his,** 'in the companionship of these.'

5. **oblecto**: (so 'oblectatio,' in i. 26. 118), 'amuse;' not so strong as 'delecto.'

suas, emphatic from its position, 'which they have themselves delivered.'

7. **familiares,** 'accessible.'

illuc, 'to my point,' viz. that rules are not to be laid down for all forms of literature which call for rhetorical skill.

videtisne, 'do you not see?' *-ne* in this phrase is virtually equivalent to *nonne*, as often in Plautus and Terence, who do not use the fuller form. Cp. Kühner, ii. 1002, and Reid on de Sen. 10. 31 'videtisne ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet?'

9. **neque**: § 19 (note).

12. **suspicio,** one of the very few words in which it is possible to doubt whether the form with *c* or *t* is the more correct. The weighty authorities of the Cod. Ambros. in Plautus and the Cod. Bemb. in Terence are for *suspitio*, but their evidence is weakened by the fact that they also give the erroneous *conditio*: the Medicean in Tac. Ann. iv. 10. 67; vi. 47 and elsewhere has *t*, but this MS. is not very trustworthy on such points. Fleckeisen (Fünfzig Art. p. 30) and (formerly) Brambach defend the *t*: Corssen stoutly opposes it (ii. 359–360): Brambach now (Hülfsbüchlein, p. 62) inclines to believe in the existence of two independent formations, one direct from the stem *spic* (with Corssen), the other from the supine stem *spic-t*. Cp. Haupt in Hermes iv. 147. Here A has *suspicio*, and Ell. notes no variant in any of the MSS.

15. **rerum ratio,** 'the character of the subject matter.'

16. **quoniam . . . . expectentur**: so Sorof and Pid. The better MSS. have 'quod tamen,' which seems to have arisen from misunderstanding *quoniam* as a contraction: *tamen* is of course quite out of place. If we retain the subj. with the best MSS. it is to be explained as attracted into the thought reported: it 'requires, since (as it holds).' Cp. Kühner, ii. 916.

memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea eventus exspectentur, et de consiliis significari quid scriptor probet et in rebus gestis declarari non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quo modo, et cum de eventu dicatur, ut causae explicentur omnes vel casus vel sapientiae vel temeritatis hominumque ipsorum non solum res gestae, sed etiam, qui fama ac nomine excellant,
64 de cuiusque vita atque natura; verborum autem ratio et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabili profluens sine hac iudiciali asperitate et sine sententiarum forensibus aculeis persequendum est. Harum tot tantarumque rerum videtisne nulla esse praecepta, quae in artibus rhetorum reperiantur? in eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt, cohortationes, praecepta, consolationes, admonita, quae tractanda sunt omnia disertissime, sed locum suum in his artibus,
65 quae traditae sunt, habent nullum. Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique, ut etiam Crassus ostendit, duo genera ad dicendum dederunt: unum de certa

8. *aequabili*: Abγ *aequabiliter*. 11. *nulla* Abγ, etc. S. *ulla* KP. 13. *cohortationes, consolationes. praecepta, admonita*: ABbγ *cohortationes praecepta consolationis admonita*: incl. K.

Ell. retains 'expectantur' from the older editions, Mr. Roby too thinks that the ind. is necessary here; but I doubt it. Lambinus read 'quod.'

4. **eventus,** 'the results.'

5. **vel casus,** etc. genitives of definition: 'residing either in chance,' etc. Cp. Caes. de Bell. Civ. iii. 72 'parvulae causae vel falsae suspicionis vel terroris repentini vel obiectae religionis magna detrimenta intulerunt' (quoted by Roby, § 1302 and Nägelsb Stil. p. 275).

8. **fusum atque tractum,** 'easy and flowing.' Cp. § 159. and Or. 20. 66 'historia in qua et narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur, interponuntur etiam contiones et hortationes: sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.'

9. **sine hac,** etc. virtually an adjectival expression, like Tusc. D. i. 22. 51 'haec refutent isti, qui negant animum sine corpore ('an immaterial soul') se intellegere posse.' Cp. note on § 10, and Acad. i. 7. 27 'sine ulla specie . . . materiam quandam,' 'an absolutely formless kind of matter.' **hac** = which we use.

sine sententiarum forensibus aculeis: we might say 'without the barbed shafts of epigrams in use at the bar.' History written in the style of Tacitus certainly does not avoid these *aculei*, the pointed sayings which are meant to stick in the mind of the judges. Cp. Or. 19. 62 'horum (sc. philosophorum) oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forensis habet;' and below iii. 21. 80; 34. 138.

11. **nulla,** with the *codd. mutili*: not *ulla*, the reading of the older editors: '**videtisne**' has the force pointed out in § 62.

12. **iacuerunt,** 'have been left neglected.'

13. **praecepta, admonita**; good instances of the way in which past participles are often made to do duty as abstract substantives. Cp. Nägelsb. p. 87. There seems to be no other instance of 'admonita' = 'admonitio.'

15. **in hoc genere,** 'under this head.' viz. of various styles for which no special rules are laid down. The sentence is carelessly constructed: a reference in passing to the two kinds of questions is expanded until Cicero seems to lose sight of the purpose for which he intended to allude to the division, viz. to point out how one of the two kinds of subjects fall wholly under this head.

16. **silva** = ὕλη, 'material.'

Crassus ostendit: i. 31. 138 ff.

definitaque causa, quales sunt, quae in litibus, quae in deliberationibus versantur, addat, si quis volet, etiam laudationes; alterum, quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam generis sine tempore et sine persona quaestionem—hoc quid et quantum sit, cum dicunt, intellegere mihi non
videntur: si enim est oratoris, quaecumque res infinite posita 66
sit, de ea posse dicere, dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo, quae forma terrae; de mathematicis, de musicis rebus non poterit quin dicat hoc onere suscepto recusare; denique ei, qui profitetur esse suum non solum de eis controversiis, quae temporibus et personis notatae sunt, hoc est, de omnibus forensibus, sed etiam de generum infinitis quaestionibus dicere, nullum
potest esse genus orationis, quod sit exceptum—sed si illam 16
quoque partem quaestionum oratori volumus adiungere vagam 67
et liberam et late patentem, ut de rebus bonis aut malis, expetendis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutilibus, de virtute, de iustitia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de officio, de fide, de ceteris virtutibus contrariisque vitiis dicendum oratori putemus; itemque de re publica, de imperio, de re militari, de disciplina civitatis, de hominum moribus, adsumamus eam quoque partem, sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus.
Equidem omnia, quae pertinent ad usum civium, morem hominum, 68
quae versantur in consuetudine vitae, in ratione rei publicae, in

9. **quin dicat,** depending upon 'recusare.' It is less common to find 'quin' depending upon an omitted 'facere,' as in § 39. There are other instances in Plautus (e.g. Stich. 302), but I have not found any in Cicero. Cp. Kühner, ii. 833.

11. **notatae,** undoubtedly the right reading, is due to a conjecture of Manutius: all MSS. have *notae*, by a very common error. Cp. Drakenborch on Liv. xxii. 37. 9; xxiv. 48. 7. Cp. de Or. Part. 18. 61 'duo sunt quaestionum genera, quorum alterum finitum temporibus et personis causam appello, alterum infinitum, nullis neque personis neque temporibus notatum, propositum voco.'

13. **illam quoque partem:** i. e. ethics and politics as well as physics. Cp. the very similar discussion of the province of Rhetoric in Plato, Gorg. 453 D, 454 C, and of Dialectic in Cic. Acad. ii. 28. 91.

15. **liberam** = *nullis terminis saeptam*, 'unconfined.'

21. **disciplina civitatis:** i. 34. 159 (note).

adsumamus, concessive conj. Roby, § 1620.

22. **regionibus,** 'boundaries,' as often in Cicero, a meaning directly derived from its primary meaning of 'line.' Cp. pro Arch. 10. 23 'si res eae quas gessimus orbis terrae regionibus definiuntur;' ib. 11. 29 'quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est.'

23. **ad usum civium, morem hominum,** 'the practice of the citizens, and their ways:' but the absence of any conjunction (*moremque* is only found in one inferior MS.) makes it highly probable that *morem hominum* is only a gloss on *usum*. In the next clause, translate 'in our social relations and political life.'

hac societate civili, in sensu hominis communi, in natura, in moribus, comprehendenda esse oratori puto; si minus, ut separatim de his rebus philosophorum more respondeat, at certe, ut in causa prudenter possit intexere; hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, uti ei, qui iura, qui leges, qui civitates constituerunt, locuti sunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputationum

69 et sine ieiuna concertatione verborum. Hoc loco ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora aut similia sint, tradi non necesse esse; ut in pictura, qui hominis unius speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiamsi non didicerit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit—neque est omnino ars ulla, in qua omnia, quae illa arte effici possint, a doctore tradantur, sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua [non incommode]

70 per se adsequentur—similiter arbitror in hac sive ratione sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentis, qui aut de re publica aut de ipsius rebus aut de eis, contra quos aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, illum de toto illo genere reliquarum orationum non plus quaesiturum esse, quid dicat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingebat, quem ad modum

5. *qui iura*: om. A. 11. ***hominis unius*** KS e coni. ***hominum*** codd. mut. ***hominis*** P. 17. ***non incommode***, om. ABbγ Lg. 13, 32. 18. ***per se adsequentur*** PK.: ***p*** . . . ***tur*** Aγ ***per se adsequuntur*** S.

1. **sensu communi**: cp. i. 4. 13 (note).

2. **comprehendenda esse**, 'ought to be thoroughly mastered.'

5. **iura**, 'legal principles;' **leges**, 'statutes.'

6. **splendide**, 'clearly,' in a fresh, vigorous manner, opposed to barren verbal quibblings. Ernesti (Lexic. Techn. p. 369) is not satisfied with the meaning 'clear,' and prefers to interpret it of 'unassuming dignity of expression.'

9. **tradita sint**: so the best MSS.; the old reading *sunt* is not so good, and has less authority.

11. **necesse esse**, sc. arbitror: there is no need for the change to *est*, adopted by some editors on the suggestion of Lambinus. So with **posse** and **neque esse**.

16. **primarum**, 'the most important.'

17. **genera ipsa**, 'the general types.' [**non incommode**] omitted by many of the better MSS. and a needless addition.

18. **sive—sive**: cp. § 29 'sive artificium sive studium dicendi.'

21. **cum aliqua statuendi potestate**, equivalent to 'dominus rei,' in § 72.

23. **quaesiturum esse**, 'will be at a loss.'

24. **Polyclitum**: it is more common to reproduce the Greek *ει* by *i* before consonants (as Clitus, Euclides, etc.) and so it is written in A and most other MSS. here. There is some authority for *Polycletus* in Cicero, and it is found on an inscription, Orell. 3245, but Kühner, i. p. 58, is hardly correct in saying that it is the more common form. Cicero mentions him in seven other places, and the best editors always give *-clitus*, though the MSS. constantly vary. Cp. Madvig on de Fin. ii. 34. 115; Zumpt on Verr. iv. 5. 12; Acad.

pellem aut hydram fingeret, etiamsi haec numquam separatim
facere didicisset.' Tum Catulus 'praeclare mihi videris, Antoni, **17**
posuisse' inquit 'ante oculos, quid discere oporteret eum, qui 71
orator esset futurus, quid, etiamsi non didicisset, ex eo, quod
didicisset, adsumeret; deduxisti enim totum hominem in duo
genera solum causarum, cetera innumerabilia exercitationi et
similitudini reliquisti: sed videto ne in istis duobus generibus
hydra tibi sit et pellis, Hercules autem et alia opera maiora in
illis rebus, quas praetermittis, relinquantur; non enim mihi minus
operis videtur de universis generibus rerum quam de singulorum
causis ac multo etiam maius de natura deorum quam de hominum litibus dicere.' 'Non est ita,' inquit Antonius; 'dicam 72
enim tibi, Catule, non tam doctus quam, id quod est maius,
expertus: omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus
est homini non hebeti neque inexercitato neque communium
litterarum et politioris humanitatis experti; in causarum con-

5. *totum hominem*: *totam hanc rem.* K. e coni. 7. *videto* S cum Ab: *vides* γ. *vide* KP. 8. *in illis rebus* Abγ: K. *ne in illis rebus* PS.

ii. 47. 146 (Reid); Kühner on Tusc. i. 2. 4; Brut. 18. 70; 86. 296 (Kayser) Parad. 5. 37. Polycleitus of Sicyon became a citizen of Argos, and hence some writers have incorrectly supposed that Polycleitus of Sicyon was a different man from Polycleitus of Argos. This was not the case, although there was also a *younger* Polycleitus of Argos. The elder Polycleitus was a pupil of Ageladas along with Pheidias (who seems to have been 16 or 18 years his senior) and Myron. As Pheidias was unrivalled in his statues of deities, so Polycleitus was unequalled in his human figures, and his Doryphorus was regarded as the ideal of human beauty (cp. Or. 2. 5; Brut. 86. 296). His principal works are enumerated in an excellent article by P. S. in the Dict. Biogr. Cp. also Overbeck, Geschichte der Griechischen Plastik, i. pp. 340–355. The statue of Heracles and the Hydra is not elsewhere mentioned; for it is evidently not the same as the Heracles Hageter, arming himself, which was at Rome in the time of Pliny (xxxiv. 8. 56, Detlefsen).

3. **inquit,** added from the *codd. mutili.* Its position is one very common in Cicero. Cp. i. § 74, 80, 99, 105, 122, 136, etc.

5. **deduxisti,** etc. i.e. you have brought a man entirely away from the distracting multiplicity of various kinds of oratory, and confined him to two classes. The metaphor is perhaps a military one: to confine the whole strength of a man to two positions, and not let it be broken up in an attempt to hold too many.

7. **similitudini,** 'analogy.'

videto (from the better MSS.), a more impressive warning than the more usual *vide*. Mr. Reid on pro Balb. § 17 allows that the forms in *-to, -tote* convey a somewhat stronger and more formal command or entreaty than the shorter forms: but in a later note on de Sen. § 3 he says that a careful examination of a very large number of instances has convinced him that no distinction in meaning or use can be drawn between the fuller and the shorter forms. Cp. Roby, § 1495. Translate 'you must see to it.'

14. **mihi crede,** always used by Cicero in this order, except in four instances (all in the letters to Atticus: cp. Kühner, ii. 758), possibly to avoid the dactylic rhythm: but cp. Reid on Acad. Ter. Phorm. 494 has 'crede mihi.'

ludus, 'child's play:' cp. de Fin. i. 8. 27 'cum praesertim illa perdiscere ludus esset.'

15. **communium litterarum et politioris humanitatis** = 'ordinary liberal education,' as compared with 'interiores et reconditae litterae,' de Nat. Deor. iii. 16. 42.

tentionibus magnum est quoddam opus atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum; in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu et victoria iudicatur; ubi adest armatus adversarius, qui sit et feriendus et repellendus; ubi saepe is, qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus aut etiam amicus adversario et inimicus tibi est; cum aut docendus is est aut dedocendus aut reprimendus aut incitandus aut omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus; in quo saepe benevolentia ad odium, odium autem ad benevolentiam deducendum est; aut tamquam machinatione aliqua tum ad severitatem tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam tum ad laetitiam est contorquendus; omnium sententiarum gravitate,

73 omnium verborum ponderibus est utendum; accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut tamquam Phidias Minervae signum efficere possit, non sane, quem ad modum *ut* in clipeo idem artifex minora illa

17. *ut in clipeo*, Ad S. Em. om. KP. cum A. *idem artifex* incl. PK. (parum recte).

1. **haud sciam an**: i. 60. 255 (note).

3. **exitu et victoria iudicatur**: cp. Bacon, Advancement of Learning, Book II. x. 2 'For almost all other arts and sciences are judged by acts or masterpieces, as I may term them, and not by the successes and events. The lawyer is judged by the virtue of his pleading, and not by the issue of the cause. The master of the ship is judged by the directing his course aright, and not by the fortune of the voyage' (quoted with other interesting passages by Cope on Ar. Rhet. i. 14). This is discussed more fully below in § 178, §§ 182 ff.

5. **rei dominus** = 'arbiter,' *κύριος*: as in Ar. Rhet. i. 8 *περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων δεῖ ὡς ἐλαχίστων ποιεῖν κύριον τὸν κριτήν*: and Xen. Hell. vii. 3. 6 *τοὺς κυρίους οὕστινας δεῖ ἀποθνήσκειν καὶ οὕστινας μή*.

7. **dedocendus**, i.e. requires to have his prejudices removed. Cp. *ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν* in Ar. Rhet. i. 10, though the meaning there becomes more general.

8. **ad tempus**, 'to suit the occasion.'

moderandus, 'managed,' not (I think) as Pid. 'set,' with a metaphor taken from a lyre.

10. **aut tamquam**: the earlier editors have *qui*, which is unintelligible. Madvig from γ, which has *qui ut* (as A is now found to read), corrected *aut*: according to Ell. the better Lgg. (cp. p. 61) all have *ut* (not *qui ut*), which makes the correction certain.

machinatione, 'engine;' hence the apologetic 'tamquam,' and the strong phrase 'contorquendus;' not as the dictt. based on Freund give it, 'contrivance.'

12. **sententiarum gravitate**, 'impressive thoughts.'

13. **verborum ponderibus**, 'weighty words.'

14. **actio**, 'delivery.'

spiritus, 'confidence,' 'energy:' in this sense Cicero always uses the *plural* in the nom. ~~and acc.~~

doloris, 'pathos.'

17. **non sane laborabit quem ad modum discat**, 'he will certainly not have any difficulty in learning.' Cp. pro Flacc. 4. 10 'numquam laborant quem ad modum probent quod dicunt.' Acad. ii. 4. 10 'non laboro quam valde ea quae dico probaturus sim.'

clipeo, so in all good MSS. here; and in an inscription dating towards the end of the first century A.D. (I. R. N. 5250); *clupeus* in the Mon. Ancyr. vi. 20; and in C. I. L. ii. 1263, 1286; so Ribbeck, Prol. in Verg. p. 450. Keller, Epilegomena zu Horaz, p. 98, lays it down that *clipeus* not *clupeus* is the genuine classical form: *clypeus* of course is a

opera facere discat, laborabit.' Tum Catulus 'quo ista maiora 18
ac mirabiliora fecisti, eo me maior exspectatio tenet quibusnam 74
rationibus quibusque praeceptis ea tanta vis comparetur; non
quo mea quidem iam intersit—neque enim aetas id mea desiderat
et aliud genus quoddam dicendi nos secuti sumus, qui numquam
sententias de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus
ac potius placatis eorum animis tantum, quantum ipsi patie-
bantur, accepimus—sed tamen ista tua nullum ad usum meum,
tantum cognoscendi studio adductus requiro; nec mihi opus est 75
Graeco aliquo doctore, qui mihi pervolgata praecepta decantet,
cum ipse numquam forum, numquam ullum iudicium aspexerit;
ut Peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Karthagine
expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul proque eo,
quod eius nomen erat magna apud omnis gloria, invitatus esset
ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret; cumque
is se non nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot
horas de imperatoris officio et de re militari; tum, cum ceteri,

barbarism. Cp. Schuchardt, Vulgärlat. ii. 226. For the famous chryselephantine statue of Athena in the Parthenon, by Pheidias, cp. Pausan. i. 24. 7; Plin. Hist. Nat. xxxvi. 5. 18. The latter says 'in scuto eius Amazonum proelium caelavit intumescente ambitu, in formae eiusdem concava parte deorum et gigantum dimicationes, in soleis vero Lapitharum et Centaurorum, adeo momenta omnia capacia artis illi fuere.' Cp. Michaelis, Parthenon, p. 268; Overbeck, op. cit. i. 224–228. It is said that Pheidias was imprisoned for having introduced the representation of Pericles and himself on this shield (Cic. Tusc. i. 15. 34; Plut. Pericl. 31), and died in prison. There is a fragment of a marble shield in the British Museum, which is believed to be a reproduction of the shield of Athena, containing the figure of a bald-headed combatant, evidently a portrait, and plausibly assumed to be that of Pheidias himself.

idem artifex, sc. fecit. *ut* was added by Ernesti, and has been accepted by the recent editors, except Kayser and Piderit, who prefer to bracket 'idem artifex.' This is neater, but 'idem artifex' is found in the *cod. mutili*, which are not characterized by interpolations; hence it is better to retain it.

cc. 18–20. *An anecdote told by Catulus of the absurd conduct of a Greek rhetorician* (§ 75), *as illustrating the little value of theory not based upon experience* (§ 76), *leads to a brief criticism by Antonius of some of the superfluous or misleading precepts of the ordinary rhetorical systems* (§§ 77–84).

3. **non quo**: i. 6. 23 (note).

4. **id mea**; *id* is somewhat out of its natural place, from Cicero's love of bringing pronouns together.

7. **ac potius**: we might have expected *sed potius*; but this is in accordance with Cicero's usage. Cp. Seyffert on Lael. 8. 26.

8. **ista tua**, 'your views.'

10. **decantet**: cp. *cantilena* in i. 23. 105; *carmen* in i. 57. 245.

12. **Phormio**: nothing seems to be known of this man; Stobaeus, Floril. tit. 54 (vol. ii. p. 330 Mein.) tells a similar story, *'Αννίβας ἀκούσας Στωικοῦ τινος ἐπιχειροῦντος ὅτι ὁ σοφὸς μόνος στρατηγικός ἐστιν, ἐγέλασε, νομίζων ἀδύνατον εἶναι ἐκτὸς τῆς δι' ἔργων ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην σχεῖν.*

13. **ad Antiochum venisset**: B.C. 195: Mommsen, ii. 202. 256.

proque eo, quod, 'inasmuch as:' cp. Liv. xxxviii. 49. 13 'pro eo quod pluribus verbis vos quam vellem fatigavi:' Roby, § 2074.

16. **dicitur homo copiosus**, repeated after 'dicitur Phormio,' because of the long intervening clause.

qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret: hic Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio de-
76 liraret, vidisse neminem. Neque mehercule iniuria: quid enim aut adrogantius aut loquacius fieri potuit quam Hannibali, qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, praecepta de re militari dare? hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi praecipiunt, videntur; quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros; sed hoc minus fortasse errant, quod non te, ut Hannibalem, sed
19 pueros aut adulescentulos docere conantur.' 'Erras, Catule,'
77 inquit Antonius 'nam egomet in multos iam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Graecorum, qui quemquam nostrum quicquam intellegere arbitretur? ac mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnis perpetior et perfero; nam aut aliquid adferunt, quod mihi non displiceat, aut efficiunt, ut me non didicisse minus paeniteat; dimitto autem eos non tam contumeliose quam philosophum illum Hannibal, et eo fortasse plus habeo etiam negotii: sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare

3. **libere,** 'frankly enough,' = μετὰ παρρησίας.

multos . . . saepe: a conversational pleonasm, especially common in Plautus: cp. Capt. 44. 327, 993, etc.; in Cic. Lael. 1. 2; de Off. ii. 6. 20 (Holden); Tusc. i. 30. 74 (Kühner): so in Greek πολλὰ πολλάκις.

4. **deliros senes,** 'old dotards.'

7. **tot annis,** not exactly 'for so many years,' without interruption, which in Cicero seems almost always to be in the accus. but 'at various times within so many years:' cp. Roby, § 1182. The only instance of the ablative among the passages quoted by him in § 1184, note 3, which implies the notion of unbroken continuance is de Off. iii. 2, 8 'triginta annis vixisse Panaetium,' for which see Holden ad loc. and Kühner, ii. 266; Roby, § 1206. In de Div. i. 19. 38 'multis saeclis verax fuisse id oraculum,' the meaning is evidently that it had proved true at whatever time it had been consulted during many ages: so in the saying of Cicero quoted by Quintilian (vi. 3. 73), 'hoc illam iam viginti annis audio,' the force is 'I have been hearing that any time these twenty years.' Cp. Mayor on de Nat. D. i. 9. 22, 'isto spatio.' Possibly however Quint. was misled by the looser practice of his own time, and misquoted Cicero.

13. **ut Hannibalem,** sc ille, which can hardly be spared, though the MS. authority for it is worthless I cannot accept Pid.'s notion that there is a reference to the 'oratorical generalship' of Antonius, showed in the skill with which he marshalled his arguments: *aut Hannibalem* (Müller's conjecture, found in one MS.) is not a happy emendation.

15. **Phormiones**: i. 48. 211 (note).

13. **universa vis.** The last word is omitted by the codd. mutili, and therefore bracketed by Ell., who supposes that 'universa' (in his view a nom. sing. agreeing with 'res') was misunderstood by 'ineptus ille qui *vis* addidit.' With the numberless instances of careless omissions in Ab, etc. it is impossible to attach much importance to their evidence in such a case:—immediately above A omits 'ad probandum aut ad,' leaving nonsense;—and 'universa vis' is a very natural expression for 'the general conception of it.'

14. **si maiestas**, etc., a defence which

exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id
fecisset, populi Romani potestati tradidit.' Sin pars, partitione, 165
hoc modo: 'aut senatui parendum de salute rei publicae fuit aut
aliud consilium instituendum aut sua sponte faciendum; aliud
consilium, superbum; suum, adrogans; utendum igitur fuit
consilio senatus.' Si ex vocabulo, ut Carbo: 'si consul est, qui
consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?' Sin ab eo, quod rem 166
attingit, plures sunt argumentorum sedes ac loci, nam et
coniuncta quaeremus et genera et partis generibus subiectas et
similitudines et dissimilitudines et contraria et consequentia et
consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia et causas rerum
vestigabimus et ea, quae ex causis orta sint, et maiora, paria,
minora quaeremus. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur: 'si 40
pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum 167

Antonius may have used for Norbanus as against Caepio. Cp. Or. Part. 30. 104 'Prima adversariorum contentio diffusam habet quaestionem, . . ut in definitione: minueritne maiestatem Norbanus,' ib. 105 'In illis autem, ubi ita dicitur: non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius; populi enim Romani dolor iustus vim illam excitavit, non tribuni actio: maiestas autem, quoniam est magnitudo quaedam populi Romani in eius potestate et iure retinendo, aucta potius est quam deminuta: et ubi ita refertur: maiestas est in imperii atque in nominis p. R. dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit, exsistit illa disceptatio: minueritne maiestatem, qui voluntate p. R. rem gratam et aequam per vim egerit.'

2. **sin pars** quaeritur, **partitione** explicanda est.

4. **consilium**: cp. iii. 1. 2 'videndum sibi esse aliud consilium.'

sua sponte, 'independently.'

aliud consilium, sc. instituere.

5. **superbum**, i.e. would have shown a defiance of the constitution.

suum, sc. inire, with a zeugma, for 'consilium' has to be supplied, not in the sense of 'council,' but rather of 'counsel,' just as in Liv. ix. 2. 15 'ne advocantes quidem in consilium, quando neque consilio nec auxilio opus esset.' This would naturally, like the following instance, be part of the defence of Opimius by Carbo.

6. **si consul**, etc. Of course the derivation is incorrect, as put here; but the two words may very possibly be of the same origin. What that was is a difficult question, to which very different answers are still given. Cp. Corssen, ii. 71, Nachtr. 283, Curt. ii. 67; Mommsen, Röm. Gesch. 1. 246 (after some fluctuations of opinion), Nettleship in Journ. Phil. vol. iv. 272. Corssen gives 'convenire' as the primary meaning of 'consulere;' and this supplies a link; for from whatever root, 'consul' must carry with it the notion of joint action, like 'consilium.'

7. **rem attingit**: in Top. 2. 8 Cicero (closely following Aristotle) says, 'ex eis locis, in quibus argumenta inclusa sunt, [A] alii in eo ipso de quo agitur haerent, [B] alii adsumuntur extrinsecus: in ipso [A], (1) tum ex toto, (2) tum ex partibus eius, (3) tum ex nota, (4) tum ex eis rebus, quae quodam modo adfectae sunt ad id, de quo quaeritur.' We have had (1), (2), and (3); now comes (4), which is more fully discussed in Top. 9. 38 f. This category of 'connexion with the subject-matter' is further sub-divided into 15 subordinate categories or heads.

9. **coniuncta**, 'connected terms' = 'coniugata' of Top. 9. 38 'cuius est primus locus ex coniugatione, quam Graeci συζυγίαν vocant, finitimus notationi [derivation], de qua modo dictum est; ut si aquam pluviam eam modo intellegeremus, quam imbri collectam videremus, veniret Mucius, qui quia iugata verba essent "pluvia" et "pluendo" diceret omnem aquam oportere arceri, quae pluendo crevisset.' These are the ὅμοιαι πτώσεις of Aristotle.

partis, i. 42. 189 (note).

14. **pietati . . . pie** are 'coniuncta' as derived from the same stem. The story

tam pie lugere videatis.' Ex genere autem: 'si magistratus in
populi Romani esse potestate debent, quid Norbanum accusas,
168 cuius tribunatus voluntati paruit civitatis?' Ex parte autem ea,
quae est subiecta generi: 'si omnes, qui rei publicae consulunt,
cari nobis esse debent, certe in primis imperatores, quorum con-
siliis, virtute, periculis retinemus et nostram salutem et imperii
dignitatem.' Ex similitudine autem: 'si ferae partus suos diligunt,
169 qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?' At ex
dissimilitudine: 'si barbarorum est in diem vivere, nostra con-
silia sempiternum tempus spectare debent.' Atque utroque in
genere et similitudinis et dissimilitudinis exempla sunt ex ali-
orum factis aut dictis aut eventis et fictae narrationes saepe
ponendae. Iam ex contrario: 'si Gracchus nefarie, praeclare
170 Opimius.' Ex consequentibus: 'si et ferro interfectus ille et tu

of the exertions of Q. Metellus Pius ('pertinaci erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam alii victoriis cognomen adsecutus,' Val. Max. v. 2. 7) on behalf of his father, when the latter was banished because he would not swear obedience to the agrarian laws of Saturninus, is told by Vell. Pat. ii. 15. 4; and more fully by Appian, B.C. i. 33. Cp. also Ihne, Röm. G. v. 237.

1. **magistratus . . tribunatus**: the tribuneship was not strictly speaking a magistracy (Mommsen, Röm. St. ii. 257), but afterwards came to be justly regarded as such (ib. p. 279 ff).

in potestate esse, 'to be at the command of:' Norbanus is represented as simply carrying out the wishes of the people in his violent action.

4. **si omnes**, etc. 'Those who look after the interests of the state' evidently constitute the *genus* here; 'commanders' the *species*. I fail to understand Pid.'s difficulty, and his objections to the illustration.

5. **quorum consiliis**, etc. by 'virtue of whose plans,' etc., a kind of ablative of the instrument.

7. **ex similitudine**. This head is developed at more length in Top. 10. 41–45, and extended so as to include 'inductio' or ἐπαγωγή by means of a series of comparisons.

10. **sempiternum tempus spectare**. Some inferior MSS. prefix *in*; but when 'spectare' is used metaphorically, 'to have an eye to,' it always takes the simple accusative, or acc. with *ad*. For **in diem vivere**, cp. Bentley on Hor. Carm. iii. 29. 43.

12. **fictae narrationes**: cp. Top. 10. 45 'ficta etiam exempla similitudinis habent vim.'

13. **si Gracchus**: Abγ have 'sit Gracchus,' whence Sorof (after a conjecture of Halm's) read 'Si *Ti.* Gracchus:' if this is right, it can only imply a contrast between the conduct of Ti. Gracchus in opposing the senate and that of Opimius in supporting it, twelve years after: but this is to introduce a needless awkwardness of expression; and the same MSS. omit 'nefarie, praeclare Opimius:' hence they are not to be trusted here. I suppose that Sorof would regard this as an argument used by Crassus against Carbo: 'if you are right in defending Opimius, you ought to admit that Ti. Gracchus acted impiously, whereas you were a warm supporter of his conduct.' But it is more probable that it is taken from the speech of Carbo: 'if C. Gracchus was acting impiously, it was a noble deed of Opimius to slay him.'

14. **Ex consequentibus**; 'from corresponding circumstances.' Cicero seems to use 'consequentia' here as equivalent to 'coniuncta' in Top. 12. 52 'ante rem enim quaeruntur, quae talia sunt, apparatus, conloquia, locus, constitutum, convivium; cum re autem, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum umbrae, si quid eius modi; at post rem, pallor, rubor, titubatio, si qua alia signa conturbationis et conscientiae, praeterea restinctus ignis, gladius cruentus ceteraque, quae suspicionem facti possint movere.' Cicero goes on to say: 'deinceps est locus dialecticorum proprius ex conse-

inimicus eius cum gladio cruento comprehensus in illo ipso loco
et nemo praeter te ibi visus est et causa nemini et tu semper
audax, quid est quod de facinore dubitare possimus?' Ex con-
sentaneis et ex praecurrentibus et ex repugnantibus, ut olim
Crassus adulescens: 'non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco
te isti bonum civem putabunt: simulasse te et aliquid quaesisse
perspicuum est, quod Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus
deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam legem in
tribunatu tulisti, quod semper a bonis dissedisti.' Ex causis autem 171
rerum sic: 'avaritiam si tollere voltis, mater eius est tollenda, luxu-
ries.' Ex eis autem, quae sunt orta de causis: 'si aerarii copiis
et ad belli adiumenta et ad ornamenta pacis utimur, vectigalibus
serviamus.' Maiora autem et minora et paria comparabimus sic: 172
ex maiore: 'si bona existimatio divitiis praestat et pecunia tanto
opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda!' ex minore:

'hic parvae consuetudinis

quentibus et antecedentibus et repugnantibus; nam coniuncta, de quibus paulo ante dictum est, non semper eveniunt, consequentia autem semper: ea enim dico consequentia quae rem necessario consequuntur.' The 'tu semper audax' does not suit the notion of necessary consequence, any more than the 'causa nemini:' hence Cicero appears to have modified his terminology in the later work. The editors who translate '*consequentia*' 'subsequent,' seem to overlook the possibility of this, and thus obscure the sense: *consentanea* evidently corresponds more nearly to the earlier 'consequentia.' If this interpretation is correct, we have another instance of the confusion of terminology, or perhaps rather of thought, which makes Prantl so angry with the 'Schwätzer' Cicero, as he delights to call him. We must remember, however, that Cicero is translating a Greek term (συμβεβηκότα) and that this is itself used with considerable laxity. The instance given by Martianus, Capella, iv. § 415, is 'secundus modus [condicionalis syllogismi] est qui appellatur a consequentibus ... si est rhetorice utilis, est bene dicendi scientia, ... non est autem bene dicendi scientia, non est utilis igitur.'

6. **isti**, sc. iudices. The quotation given includes illustrations of all three. 'It necessarily follows that you had some private end in view (*aliquid quaesisse*) in your defence of Opimius, for you lamented the death of Ti. Gracchus (§ 106, note): your share in the murder of Africanus was inconsistent with your claim to be a "bonus civis:" your whole previous political conduct points to selfish motives.' The circumstances of the death of Scipio Aemilianus have been well discussed by Ihne (Röm. G. v. 456-460), who comes to the conclusion that it was due to natural causes, as Laelius expressly said in his funeral speech (Schol. Bob. Cicero, Mil. 7. 2), and that the various mutually contradictory charges of murder were nothing but inventions of party spirit.

8. **eam legem**, i.e. 'ut eundem tribunum plebi quotiens vellet creare liceret.' Cic. Lael. 25. 96; Liv. Per. lix.; Ihne, R. G. v. 58; Mommsen, iii. 106.

13. **serviamus**, 'let us devote ourselves to:' 'inservire' and 'deservire' are used in the same way, with a somewhat stronger force.

14. **ex maiore**: Cicero seems to have been misled by the use of 'magis.' Of course the illustration is an argument 'ex minore ad maius.'

16. **hic**, etc.: from Ter. Andr. 110-112, where Simo takes the grief of his son Pamphilus at the funeral of Chrysis, with whom he had but a slight acquaintance, as a proof of his affectionate nature. It was really due to his sympathy with Glycerium the sister of Chrysis, with whom he was in love.

causa huius mortem tam fert familiariter:
quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?'

ex pari: 'est eiusdem et eripere et contra rem publicam largiri
173 pecunias.' Foris autem adsumuntur ea, quae non sua vi, sed extranea sublevantur, ut haec: 'hoc verum est; dixit enim Q. Lutatius. Hoc falsum est; habita enim quaestio est. Hoc sequi necesse est; recito enim tabulas.' De quo genere toto
41 paulo ante dixi. Haec, ut brevissime dici potuerunt, ita a me
174 dicta sunt; ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ipse sibi foderet et id, quod vellet, parvo labore, nullo errore, inveniret; sic has ego argumentorum† novi notas quaerenti demonstravi, ubi sint;
175 reliqua cura et cogitatione eruuntur; quod autem argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat, non est artis exquisitae praescribere, sed est mediocris ingenii iudicare, neque enim nunc id agimus, ut artem aliquam dicendi explicemus, sed ut doctissimis hominibus usus nostri quasi quaedam monita tradamus. His igitur locis in mente et cogitatione defixis et in

7. *recito* codd. KP: *recita* S. 12. *sic has . . . eruuntur.* Sic in A legitur: vide infra.

1. **tam familiariter,** 'as though he had known her so well.'

3. **eripere,** sc. reipublicae.

contra rem publicam, 'against the interests of the state.'

5. **sublevantur,** 'are supported.'

6. **Q. Lutatius** Catulus. Introd. p. 24. This proverbial saying does not appear to be mentioned elsewhere.

quaestio, 'torture,' as in § 116.

7. **recito**: Sorof reads 'recita,' on the ground that at Rome as at Athens it was the custom for documents to be read in court by an official, not by the orator. Cp. in Verr. iv. 24. 53; v. 21. 54. But in pro Cluent. 23. 62 'recita' appears in a string of imperatives addressed to the counsel for the prosecution: 'redargue me, si mentior; testium dicta recita: doce,' etc. Hence so far from supporting the alteration, this passage goes to show that *recitare* could be used laxly for giving orders for the reading of papers, on the principle 'qui facit per alium, facit per se.' The correction is therefore needless. For the practice in Athenian courts cp. Kennedy's Demosthenes, iii. 389.

9. **multifariam**: Roby, § 526; Neue, ii². 679. Adverbs of this kind are perhaps adjectives with 'partem' understood. Kühner, i. 686.

13. **argumentorum† novi notas.** This passage is very corrupt in the MSS. Sorof reads '*recognovi* notas quaerenti*que* demonstravi.' Ell. reads 'argumentorum volui notas quaerenti demonstrare,' a good correction, if it were not that *demonstrari* is the reading only of Lagg. 2, 4, 13, 32 of the better MSS. Pid. 'argumentorum notas quaerenti demonstravi.' I would suggest 'argumentorum notavi notas quae quaerenti demonstrant,' a conjecture which I find has been proposed by Pearce. Cp. Or. 14. 46 'idemque (Aristoteles) locos . . . sic enim appellat—quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio.'

14. **reliqua,** i.e. the choice of the proper arguments, and their application to the case at issue.

16. **neque enim**: sc. 'Hence I will not enter upon a discussion of the choice of fitting arguments now; for,' etc.

18. **usus nostri,** 'arising out of (or suggested by) my own experience:' a gen. of cause. Roby, § 1280.

omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit quod oratorem effugere possit non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi. Si vero adsequetur, ut talis 176 videatur, qualem se videri velit, et animos eorum ita adficiat, apud quos aget, ut eos, quocumque velit, vel trahere vel rapere possit, nihil profecto praeterea ad dicendum requiret.

Iam illud videmus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis; tractatio autem varia esse 177 debet, ne aut cognoscat artem qui audiat aut defatigetur similitudinis satietate: proponi oportet quid adferas et qua re ita sit ostendere; ex eisdem illis locis interdum concludere, relinquere alias alioque transire; saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda quid proponendum fuerit, declarare; si cui quid simile dicas, prius ut simile [dicas] confirmes, deinde quod agitur, adiungas; interpuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.

3. *si vero .... requiret*: incl. K post Bak. 14. *ut simile dicas* ABb, incl. K: *ut simile* [*dicas*] PS.

1. **excitatis,** 'brought out.' Nägelsb. Stil. p. 374.

3. **talis videatur**: cp. i. 19. 87.

4. **adficiat** depends, I think, on *ut* and is not, as Kühner, ii. 927, takes it, an instance of *si* with the pres. conj. and with the *fut. ind.* coordinated. Cp. however Tusc. ii. 7. 17; Roby, vol. ii. p. 220 (note).

5. **vel trahere,** by persuasion; **vel rapere,** by exciting strong emotions. For the ἦθος (*conciliare*) and the πάθος (*movere*) side by side with the *docere*, cp. § 121.

8. **nisi id inventum,** etc. Cp. ad Her. ii. 18. 27 'quoniam satis ostendisse videmur, quibus argumentationibus .. uti conveniret, consequi videtur, ut doceamus quem ad modum argumentationes ornate et absolute tractare possimus.' This subject is dealt with at length in the treatise 'ad Herennium:' here Cicero passes over it rapidly as being a familiar one.

9. **audiat,** compared with '**aget**' just above, shows the freedom with which the fut. and pres. ind. interchange in such clauses. Cp. § 178.

similitudinis satietate, like 'usus monita' above.

10. **proponi . . . ostendere**: for the change from passive to active cp. Brut. 52. 196 'quam captiosum esset populo, quod scriptum esset neglegi et opinione quaeri voluntates et interpretatione disertorum scripta simplicium hominum pervertere.' Other instances are quoted by Madvig on de Fin. ii. 10. 21.

11. **interdum** and **alias** correspond in the same way in iii. 54. 206, 'interdum vim, leporem alias.' Notice the *chiasmus*.

concludere, 'to draw the conclusion.'

relinquere, 'to pass over it,' sc. the *conclusio*.

12. **ac**: 'but rather,' § 74, 98, 147, etc.

14. **ut confirmes**: the construction is changed. Cicero does not construct *oportet* with *ut* and the conj., but the thought of the writer has passed from that particular word to the general notion of obligation. *Oportet ut* is not earlier than Augustine.

15. **interpuncta argumentorum,** 'the points which separate the various arguments:' there is sufficient MSS. evidence for this reading (A has a blot before *puncta*, but some letters evidently stood there): and it makes much better sense than *puncta* which Ell. prefers.

16. **verbis confusa,** 'closely connected, passing one into the other, in the way in which they are stated.' Cp. de Fin. v. 23. 67 'coniunctio confusioque virtutum,' and Holden on de Off. i. 27. 95; ii. 3. 10.

42 Haec properans ut et apud doctos et semidoctus ipse percurro,
178 ut aliquando ad illa maiora veniamus: nihil est enim in dicendo,
Catule, maius, quam ut faveat oratori is, qui audiet, utique ipse
sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis,
quam iudicio aut consilio regatur: plura enim multo homines
iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore
aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione
mentis quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua aut
179 iudicii formula aut legibus. Qua re, nisi quid vobis aliud placet,
ad illa pergamus.' 'Paulum' inquit Catulus 'etiam nunc deesse
videtur eis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explicandum,
quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere.' 'Quidnam?'
inquit. 'Qui ordo tibi placeat' inquit Catulus 'et quae
dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri
180 soles.' 'Vide quam sim' inquit 'deus in isto genere, Catule:
non hercule mihi nisi admonito venisset in mentem; ut possis
existimare me in ea, in quibus non numquam aliquid efficere
videor, usu solere in dicendo vel casu potius incurrere. Ac res
quidem ista, quam ego, quia non noram, sic tamquam ignotum
hominem praeteribam, tantum potest in dicendo, ut ad vincendum
nulla plus possit; sed tamen mihi videris ante tempus a

1. *Haec ut et properans apud doctos* Abγ, etc. *Haec et properans ut* etc. KP. 19. *quia non noram* P codd.: *quasi non norim* K: *quia non memineram* S. Bak.

cc. **42–43.** *The importance of winning the favour of the audience is pointed out* (§ 178);—*in reply to a suggestion of Catulus, Antonius says that the proper time for discussing arrangement has not yet come* (§§ 179–181):—*and the means of securing it discussed* (§§ 182–184).

2. **aliquando**: i. 29. 133 (note). The correction of Pid. and K. is a little nearer to the MS. reading, but the neatness of the passage is evidently best preserved by Sorof's reading 'haec properans ut et apud doctos et semidoctus ipse:' the learning of his audience and the lack of it on his own part are the two reasons for the haste of Antonius.

3. **audiet**: for the indic. retained in a clause dependent upon one containing a conjunctive cp. Roby, § 1779: for the future tense, transferring a general principle to a particular case in time to come, cp. 'apud quos aget,' §§ 176, 182, 189; i. 11. 48 (note).

8. **veritate,** § 31; i 33. 149, opposed to **errore,** which has been quite needlessly suspected. Cp. Or. 33. 118; de Or. Part. 11. 38.

praescripto, 'definite behest.'

iuris norma, 'legal principle.'

9. **iudicii formula,** 'issue stated (procedure laid down) for a particular trial.' For the praetor's 'formula' with which he sent the parties 'in iudicium' to a suit before a 'iudex' cp. Gaius, iv. 30 ff.

14. **deus,** § 362; i. 23. 106; Introd. p. 16. Brut. 37. 139 'omnia veniebant Antonio in mentem, eaque suo quaeque loco, uti plurimum proficere et valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur.'

15. **quam . . . deus,** 'how much of a god,' § 133 (note).

19. **sic tamquam**: Brut. 18. 71 'Odyssia Latina est sic tamquam opus aliquod Daedali.' With Pid. I see no reason to change the MS. reading 'quia non noram' = 'because I did not recognise it,' when I passed it by like a stranger.

me rationem ordinis et disponendarum rerum requisisse; nam si 181 ego omnem vim oratoris in argumentis et in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum et de conlocatione aliquid dicere; sed cum tria sint a me proposita, de uno dictum, cum de duobus reliquis dixero, tum erit denique de disponenda tota oratione quaerendum.

Valet igitur multum ad vincendum probari mores et instituta **43** [et facta et vitam] eorum, qui agent causas, et eorum, pro 182 quibus, et item improbari adversariorum, animosque eorum, apud quos agetur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitae; quae facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed haec adiuvant in oratore: lenitas vocis, voltus pudor[is significatio], verborum comitas; si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere videare. Facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi signa proferre perutile est; eaque omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant abalienantque ab eis, in quibus haec non sunt; itaque eadem sunt in adversarios ex contrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in eis 183 causis excellit, in quibus minus potest inflammari animus iudicis

9. [*et facta et vitam*] om. ABbγ: incl. K. 15. *voltus pudor*[*is significatio*] KS post Bakium. 22. *non sunt* KS ex B: *minus sunt* P Klotz. *sunt* A, etc.

8. **instituta**, 'principles.'

13. **dignitate**, etc. Volkmann, Rhet. p. 230, gives examples of these from the orators. The influence of the *ἦθος* of the speaker on his hearers is admirably discussed by Aristotle, Rhet. i. 2: *ἀλλὰ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος, κ.τ.λ.*; and ii. 1: *πολὺ γὰρ διαφέρει πρὸς πίστιν . . . τὸ ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα καὶ τὸ πρὸς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν πῶς διακεῖσθαι αὐτόν, πρὸς δὲ τούτοις ἐὰν καὶ αὐτοὶ μὲν διακείμενοί πως τυγχάνωσιν. τὸ μὲν οὖν ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα χρησιμώτερον εἰς τὰς συμβουλάς ἐστιν, τὸ δὲ διακεῖσθαί πως τὸν ἀκροατὴν εἰς τὰς δίκας.* Cp. above, § 115. Cope (Introd. p. 151) points out that Aristotle's conception of Rhetoric as an art requires that this *ἦθος* should be impressed by the speech, and not by the previous character of the speaker, therein differing from Cicero's and Quintilian's *auctoritas*.

14. **si modo**: i. 47. 204; Roby, § 1533 a.

15. **voltus pudoris significatio.** There is evidently something wrong here; but there is no clear indication of the way in which it should be corrected. If *voltus* is to be taken as the genitive, some word like 'dignitas' may have been lost before it. The omission of ['-is significatio'] with Bake, Kayser, and Sorof, makes a neat sentence, but it is not easy to account for the corruption in that case. [Mr. Reid suggests 'voltus candor,' comparing pro Caelio, § 36.]

23. **in eis causis**: i.e. where *πάθος* is out of place, *ἦθος* is most effective. Volkmann (p. 234) well quotes the close of the first speech of Lysias: *ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων*

acri et vehementi quadam incitatione; non enim semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa, lenis, quae maxime commendat reos. Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnis, quorum de re disceptatur; sic enim olim loque-
184 bantur. Horum igitur exprimere mores oratione iustos, integros, religiosos, timidos, perferentis iniuriarum mirum quiddam valet; et hoc vel in principiis vel in re narranda vel in perorando tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum, ut saepe plus quam causa valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris effingat oratio; genere enim quodam sententiarum et genere verborum, adhibita etiam actione leni facilitatemque significante efficitur,
44 185 ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videamur. Huic autem

2. *summissa, lenis, quae* edd.: *summis alienisque* (!) A. 13. *videamur* KS: *videatur* P codd.

καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς τῆς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

3. **Reos**: cp. § 321, and Fest. s. v.: 'Gallus Aelius libro ii significationum verborum, quae ad ius pertinent, ait; reus est, qui cum altero litem contestatam habet, sive is egit, sive cum eo actum est.' So in Leg. xii. Tabb. ii. 2 'morbus sonticus . . . aut status dies cum hoste: quid horum fuit vitium iudici arbitrove reove, eo die diffensus esto,' quoted by Fest. p. 273 M.: cp. Gellius xx. 1. 27. *Reus* is connected with *reor*, but its derivation from *res* is more doubtful: cp. Wordsworth, Specimens, p. 518; Vaniček Et. W. pp. 766, 767.

5. **iustos**, etc. predicates after 'exprimere.'

6. **perferentis iniuriarum**, 'disposed to put up with wrongs:' the participle, when used of a character or tendency, not of an action at a particular time, takes the construction of a verbal adjective with the genitive: so § 364 'tam sui despiciens.' Roby, §§ 1074, 1314: Madvig, § 289 a. The latter notices that with an adverb the participle reverts to the construction of the verb: 'homo facile iniurias perferens.'

mirum quiddam: i. 3. 12 (note).

8. **cum sensu**, 'with feeling:' iii. 25. 96 'ut sensus, ut doloris habent quantum opus sit, non est singulorum articulorum.'

9. **sensu quodam ac ratione dicendi**, 'by a style of speaking, which displays real feeling.' **quodam** is intensive: cp. i. 5. 16; 50. 218.

10. **quasi mores . . . effingat**, 'seems to give a picture of the character.'

13. **probi . . . boni**, 'upright . . . good,' with a climax like that in Rom. v. 7 *μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.* (The false parallel quoted here by some editors from de Off. iii. 15. 64, is rejected by good editors: cp. Holden's not. crit. in loc.).

cc. **44–53**. *It is also of the greatest importance to inspire the suitable emotions in the minds of the audience; and to do this requires the greatest attention to their feelings at the time* (§§ 185–187). *In this Crassus was especially successful* (§ 188). *The orator should himself feel the emotions which he desires to excite* (§§ 189–190), *and this is quite natural, considering the character of his themes, as is shown by examples* (§§ 191–194), *especially by the instance of Antonius himself in the trials of Aquilius* (§§ 195–196), *and of Norbanus* (§§ 197–201). *Sulpicius here bears witness to the effect which Antonius produced in the latter* (§§ 202–204). *Antonius goes on to show that in some cases an attempt to work upon the feelings is out of place* (§ 205), *and dwells upon the proper way of exciting various emotions, and the danger of exaggeration* (§§ 206–208), *laying especial stress upon envy* (§§ 209–210), *and pity* (§ 211). *Conciliatory language must be united with emotional passages* (§ 212), *and the speaker must not hurry into or over the latter* (§§ 213–214). *Finally, the opponents' arguments must be met by arguments, his appeals to the emotions by exciting the opposite emotions.*

13. **Huic . . . . adiuncta**, 'closely connected with this.'

est illa dispar adiuncta ratio orationis, quae alio quodam genere mentis iudicum permovet impellitque, ut aut oderint aut diligant aut invideant aut salvum velint aut metuant aut sperent aut cupiant aut abhorreant aut laetentur aut maereant aut misereantur aut poenire velint aut ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt [de propinquis ac talibus animi permotionibus]; atque illud optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi adferant ad causam iudices ad id, quod utilitas oratoris feret, adcommodatam; facilius est enim currentem, ut **186**
aiunt, incitare quam commovere languentem; sin id aut non erit aut erit obscurius, sicut medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, [cui mederi volet,] sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est, sic equidem cum adgredior in ancipiti causa et gravi ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer, quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quo deduci oratione

6. *de propinquis ac talibus animi permotionibus* codd. fere omnes : incl. KS.
12. [*cui mederi volet*] om. codd. mut.: incl. K.

2. **permovet impellitque**: Sorof notices how fond Cicero is of connecting the predicates of two coordinate clauses by *-que*, and bringing them into immediate juxtaposition.

3. **invideant**, 'look with ill-will upon him.'

5. **poenire** : so A and other good MSS., and the cod. Ambr. in de Rep. iii. 9. Brambach rejects it as archaic; but we may surely allow it to stand where the best MSS. give it. Cp. Corssen, i². 703.

deducantur: § 189. (A by a very common error has *diducant*.)

6. [**de propinquis ac talibus animi permotionibus**]. This reading of the great majority of the MSS. including all of the better class, manifestly points to a marginal gloss. The old reading, retained by Pid. 'et propinqui his ac talibus,' etc. looks like an easy but late correction.

9. **feret**, 'will require.' Pro Leg. Man. 27. 40 'si vestra voluntas fert,' and often.

currentem . . . incitare: cp. ad Q. fratr. i. 1. 16 'atque haec non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, sed potius ut currentem incitasse videntur.' Ov. Ep. Pont. ii. 38 'nec nocet admisso subdere calcar equo.' Plin. Ep. i. 8. 1 'addidisti ergo calcaria sponte currenti.'

ut aiunt, 'as the proverb goes.'

11. **conetur**: Rob, § 1672.

12. **aegro**, adj. used substantively, to correspond with *medico*: this use is much more common in the oblique cases than in the nominative: cp. Kühner, ii. 170; Lael. 4. 14 'vereor ne invidi magis quam amici sit.' For the comparison cp. Plat. Phaedr. 270 B *ὁ αὐτός που τρόπος τέχνης ῥητορικῆς ὅσπερ καὶ ἰατρικῆς. ἐν ἀμφοτέραις δεῖ διελέσθαι τὴν φύσιν, σώματος μὲν ἐν τῇ ἑτέρᾳ, ψυχῆς δὲ ἐν τῇ ἑτέρᾳ, εἰ μέλλεις μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ, ἀλλὰ τέχνῃ τῷ μὲν φάρμακα καὶ τροφὴν προσφέρων ὑγίειαν καὶ ῥώμην ἐμποιήσειν, τῇ δὲ λόγους τε καὶ ἐπιτηδεύσεις νομίμους, πειθὼ ἣν ἂν βούλῃ καὶ ἀρετὴν παραδώσειν.*

cui mederi volet, omitted by A and the better cod. Lagg.: hence probably only a gloss.

15. **cogitatione curaque**, 'attentive consideration,' hendiadys as in § 174.

16. **sagacissime**, in its primary sense of keen scent. Cp. Col. vii. 12. 7 'canes si advenientem sagaciter odorantur;' ad Att. vi. 4. 3 'illud praeterea *μυστικώτερον* ad te scribam, tu sagacius odorabere.'

187 facillime posse videantur. Si se dant et, ut ante dixi, sua sponte,
quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur
et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do; sin est integer
quietusque iudex, plus est operis; sunt enim omnia dicendo
excitanda, nihil adiuvante natura. Sed tantam vim habet illa,
quae recte a bono poëta dicta est "flexanima atque omnium
regina rerum oratio," ut non modo inclinantem excipere aut
stantem inclinare, sed etiam adversantem ac repugnantem ut im-
45 perator fortis ac bonus capere possit. Haec sunt illa, quae me
188 ludens Crassus modo flagitabat, cum a me divinitus tractari
solere diceret et in causa M'. Aquilii C. Norbani non nullisque
aliis quasi praeclare acta laudaret, quae mehercule ego, Crasse,
cum a te tractantur in causis, horrere soleo: tanta vis animi,
tantus impetus, tantus dolor oculis, voltu, gestu, digito denique
isto tuo significari solet; tantum est flumen gravissimorum opti-
morumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam
novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum

1. **se dant,** 'they put themselves into my hands,' i.e. if they seem ready to be impressed.

2. **inclinant atque propendent,** 'incline and lean:' cp. § 129. Ellendt's 'longe lectius' *incumbunt* has very slight authority. Aγ oddly read *incii*.

3. **ad id . . . vela do:** Kühner renders 'spread my sails to the quarter whence the wind comes:' this somewhat misses the point of the last clause: rather 'to that quarter where there seems some hope of a breeze.' 'Vela dare' is not here used in its most usual sense of 'to sail:' Cicero, though no sailor, would have hardly thought it possible to sail into the eye of the wind: but rather means 'to set one's sails' so as to catch a breeze coming from a particular quarter. This is also the force of the phrase in metaphors: e.g. Mart. viii. 70. 6 'Pieriam tenui pontem redimire corona | contentus famae nec dare vela suae.' Stripped of figure Antonius means that if he sees the judges are inclined to favour him on any particular point, he presses this with special energy.

integer, 'unbiassed,' 'neutral:' cp. de Nat. Deor. iii. 3. 7 'sic adgredior ad hanc disputationem, quasi nihil umquam audierim de dis immortalibus, nihil cogitaverim: rudem me et integrum discipulum accipe.'

6. **a bono poëta,** sc. Pacuvius, in his Hermione, called by Quintilian 'non ignobilis tragicus,' where he quotes the same phrase, i. 12. 18 (cp. Ribb. Frag. Trag. p. 98). The full trochaic septenarian ran 'ó flexanima atque ómnium regína rerum orátio,' which is said to have been imitated from Eur. Hec. 816 *πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην.*

7. **excipere,** 'catch' in one's arms, and to secure for one's self. Ell. supposes that here, as in § 32, the figure is derived from hunting: but 'excipere inclinantem' is a very different thing from 'excipere voluntates.' Hence the explanation of Orelli, and Henrichsen is much to be preferred. Pid. quotes Liv. i. 41 'Tarquinium moribundum cum qui circa erant excepissent.' The old reading 'erigere' has little authority, and is based upon a misunderstanding: the *iudex* is unquestionably the object, not the defendant: it is quite needless with Ern. and others to adopt Crevier's bold conjecture 'impellere,' which could not possibly have got corrupted so generally.

14. **digito,** sc. the forefinger (*index*): cp. Quintil. xi. 3. 94 'at cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde et ei nomen est, valet,' etc.

17. **sine pigmentis:** cp. iii. 25. 100; 52. 199; and for the construction § 28 (note).

tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. Neque fieri 189 potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. Quodsi fictus aliquis dolor suscipiendus esset et si in eius modi genere orationis nihil esset nisi falsum atque imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda: nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio; de me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar: non me hercule umquam apud iudices aut dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium dicendo excitare volui quin ipse in commovendis iudicibus eis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer; neque est enim facile perficere, ut irascatur 190 ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lente ferre videare; neque ut oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; neque ad misericordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris tui verbis, sententiis, voce, voltu, conlacrimatione denique ostenderis; ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae nisi admoto igni ignem concipere possit, sic nulla mens

1. *incensus videaris* B Lagg. 2, 4: *esse* addidit Lambinus: *videaris incendi* P: *ardere videaris* Ell. S.

1. **sed ipse ardere videaris**: 'ardere' is omitted by A. Ell. from some traces in the better Lagg. reads 'incendi:' but in § 190 we have *ardens* of the orator and *incendi* of his audience, (cp. Or. 38. 132, quoted below). Besides the form 'videaris,' unusual in Cicero for 'videare,' points to a preceding infinitive in *-re*: the form in *-ris* was chosen to avoid cacophony with the infinitive.

Neque fieri potest, etc. Cp. Or. 38. 132 'nec unquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio:' Hor. A. P. 101 'ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt | humani voltus: si vis me flere, dolendum est | primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent.' Quintil. vi. 2. 26 'summa enim, quantum ego quidem sentio, circa movendos affectus in hoc posita est, ut moveamur ipsi:' (cp. the context).

4. **adhibere**, 'bring to bear upon,' with a reference to 'adhibere medicinam' in § 186.

5. **inusti**, as usual after 'atque,' stronger than *impressi*.

7. **imitatione simulatum**, supplies the lack of a *passive* participle from 'imitari.'

8. **nunc**, 'as things are' at present; opposed to the untrue hypothesis 'si suscipiendus esset,' etc. Cp. Kühner on Tusc. iii. 1. 2.

15. **id**, put loosely for the matter at which you desire to rouse his anger.

18. **collacrimatione**. The part played by tears in the ancient oratory is somewhat at variance with our modern Northern tastes. Cp. Cic. pro Planc. ad fin. 'plura ne dicam tuae [i.e. of the presiding judge] me etiam lacrimae impediunt vestraeque, iudices, non solum meae.' So pro Sest. 11. 26 'flens universus ordo consulem orabat;' 62. 130 'collacrimavit vir egregius ac vere Metellus,' where Halm notes 'Apte contulit Abrami proverbium Graecum ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες;' a saying not always true: e.g. Sulla shed tears readily (Plut. Syll. c. 30; iii. 183, Clough).

19. **facilis ad exardescendum**, 'inflammable:' for similar periphrases cp. Nägelsb. Stil. p. 342.

20. **igni**: so A and most MSS. here. Neue, i^2. pp. 220-221 gives a very full

est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quae possit
46 incendi, nisi ipse inflammatus ad eam et ardens accesserit. Ac, ne
191 hoc forte magnum ac mirabile esse videatur hominem totiens irasci, totiens dolere, totiens omni motu animi concitari, praesertim in rebus alienis, magna vis est earum sententiarum atque eorum locorum, quos agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simulatione et fallaciis; ipsa enim natura orationis eius, quae suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam quam quemquam eorum, qui audiunt, permovet.
192 Et ne hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro accidere miremur, cum agitur non solum ingenii nostri existimatio, nam id esset levius;—quamquam, cum professus sis te id posse facere, quod pauci, ne id quidem neglegendum est; sed alia sunt maiora multo, fides, officium, diligentia, quibus rebus adducti, etiam cum alienissimos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus haberi,
193 existimare non possumus—sed, ut dixi, ne hoc in nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum quam versus, quam scaena, quam fabulae? tamen in hoc genere saepe ipse vidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur † spondalli dicentis:

2. *accesserit* KP: *accesseris* S (de A parum liquet). 20. *spondalli*: sic Aγ etc. Frustra corrigere conati sunt viri docti.

statement of the authorities for this form, which is always found in Lucr. and Hor. and in the legal phrase 'aqua et igni interdicere:' never in Martial.

2. **accesserit** has more authority than *accesseris*, which is found only in the inferior MSS. (not, as Sorof says, in Aγ), and is better after *ipse*, which refers to 'oratoris.'

ne videatur . . . magna vis est. Roby, § 1660.

6. **nihil ut**, § 2 (note).

13. **quod pauci**, sc. 'possunt:' cp. i. 8. 31.

14. **sed alia sunt maiora**, an anacoluthon, after the parenthesis. The clause would have run more regularly 'sed et aliorum multo maiorum, fidei,' etc., sc. 'existimatio agitur.'

17. **sed**, resumptive, after the digression.

19. **scaena**, the well-established orthography (cp. C. I. L. i. p. 594; Ribbeck Prol. in Verg. p. 387; Corssen, i². 325), wrongly rejected here by Ellendt. It is not impossible that in the pronunciation of this word we have an indication that it came to the Romans through the Doric Greek of Southern Italy.

vidi ut viderentur, § 151.

20. **persona**, i.e. through the eye-holes in the mask. For the whole sentiment cp. Hamlet's speech, 'Is it not monstrous,' etc. Hamlet, ii. 2. 531–545.

hominis histrionis: so ad Fam. xii. 22 'cum homine gladiatore:' this is not to be taken as a Grecism, like *ἄνδρες ἀδελφοί*, but is common in the comedians: e.g. Plaut. Trin. 131 'amanti homini adulescenti;' Ter. Ad. 562 'verberare hominem senem;' Phorm. 292 'servom hominem,' etc. I do not know on what authority Ribbeck (Röm. Trag.) now writes *istrio*. No good MS. anywhere appears to give this form; if Aufrecht, Kuhn's Ztschr. ix. 231, is right in tracing it to the root *ghas*, 'laugh,' etymology does not support it. Cp. Liv. vii. 2. 6, who gives *hister* as an Etruscan word.

†**spondalli.** No conjecture hitherto proposed is at all convincing. That of

segregare abs te ausu's aut sine illo Salamina ingredi?
neque paternum aspectum es veritus?

numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo iratus furere luctu filii videretur; at idem inflexa ad miserabilem sonum voce,

cum aetate exacta indigem
liberum lacerasti, orbasti, exstinxti; neque fratris necis,
neque eius gnati parvi, qui tibi in tutelam est traditus,

flens ac lugens dicere videbatur; quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen [recte] agere sine dolore non poterat, quid Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? fieri nullo modo potuit. Saepe enim audivi poëtam bonum neminem 194

6. *cum* Lamb Ell. cum codd. opt.: legebatur *quem*. 10. [*recte*] suo iure inclusit Ern. quem sequuntur Pid. KS.

Salmasius, which has found much favour, 'spondaulia,' as G. Hermann (Opusc. i. 304) well shows, is inconsistent with 'dicentis,' 'dicebat.' The word is only known from Diomedes, 476. 13.

Pid. adopts Jeep's 'excellent' conjecture 'ut sua sponte aliena:' but this is far removed from the MSS., and is not strongly recommended by the sense: 'sua sponte' can hardly be forced into meaning 'as if they were the expression of his own feelings.' Hermann's 'e sponda illa' is better than any other suggestion, but the 'couch' of Telamon was not well-known enough to bear the epithet 'illa.'

1. **segregare**, sc. Aiacem. Teucer was engaged in a night-foray, when Ajax committed suicide: Soph. Aj. 342, 564, 720.

In the Teucer of Pacuvius, imitated from a (lost) play of Sophocles bearing the same name, Telamon was represented as full of wrath at his illegitimate son Teucer for having returned without his half-brother Ajax. He banished him from Salamis, and Teucer withdrew to Cyprus, where he founded a new Salamis. Cp. Hor. Carm. i. 7. 21 ff. Soph. Aj. 982 ff.

3. **illum aspectum** = illud vocabulum 'aspectum:' cp. iii. 38. 154 'ille senius desertus' = that phrase 'senius desertus:' de Nat. D. ii. 3. 7 'ex quo illa (the expressions) ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur.' Nägelsb. Stil. p. 23. Hence Lambinus's conjecture *illud* is needless.

6. **indigem liberum**, 'bereft of my children,' not, I think, proleptic as Sorof takes it, so as to include the banishment of Teucer, but referring only to Ajax, or rather to the bereaved condition of Telamon, generally 'childless.' The shorter form of the genitive is quite as common, even in prose writers, as the longer form, except in the legal phrase, 'ius trium liberorum:' cp. Neue, i². 103, 104.

7. **fratris necis**, sc. 'memor fuisti,' or some similar expression.

8. **gnati**, sc. Eurysaces, the young son of Ajax by Tecmessa, a princess of Phrygia, whom he had captured and made his mistress during the course of the Trojan war. For the scansion 'nĕque ĕius' cp. Lachmann, Lucr. p. 161. Ell. wrongly lengthens 'nec' and makes 'eius' a monosyllable.

est traditus: cp. Soph. Aj. 562 *τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι | λείψω τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεἰ τανῦν | τηλωπὸς οἰχνεῖ, δυσμενῶν θήραν ἔχων.*

9. **cotidie**, in practice, I suppose: there was no such thing as a regular theatre open daily at Rome. It may however refer to the repetition of the same play several times during games which lasted over several days.

10. **[recte]** is rightly rejected as a worse than otiose gloss (which spoils the comparison with the poet) by all editors since Ernesti, except Ell., who accepts Matthiae's defence of it, but this ignores the point: in spite of the familiarity arising from daily repetition, the actor could not deliver this passage without really feeling its pathetic character himself.

quid: cp. i. 17. 79 (note); iii. 9. 34; de Nat. D. i. 27. 78 'quid censes, si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuros fuisse?' Holden in de Off. ii. 7. 25; Kühner, ii. 998. It is

—id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt—sine inflammatione animorum exsistere posse et sine
47 quodam adflatu quasi furoris. Qua re nolite existimare me ipsum, qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim imitari atque adumbrare dicendo neque actor sim alienae personae, sed auctor meae, cum mihi M'. Aquilius in civitate retinendus esset, quae in illa causa peroranda fecerim, sine magno
tus Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse
me cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam quod non
solum quod opus esset diceres, sed etiam quod non opus esset non
297 diceres; tum illum mihi respondere memini, cetera in te summe
esse laudanda, illud vero improbi esse hominis et perfidiosi,
dicere quod alienum esset et noceret ei, pro quo quisque diceret;
qua re non sibi eum disertum, qui id non faceret, videri, sed im-
probum, qui faceret. Nunc, si tibi videtur, Antoni, demonstres
velim, qua re tu hoc ita magnum putes nihil in causa mali
74 facere, ut nihil tibi in oratore maius esse videatur.' 'Dicam
298 equidem, Caesar,' inquit 'quid intellegam,' 'sed et tu et vos hoc
omnes, inquit, mementote, non me de perfecti oratoris divinitate
quadam loqui, sed de exercitationis et consuetudinis meae me-
diocritate. Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est
ingenii ac singularis; cui quidem portenti simile esse visum est
posse aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo
obessetque ei, quem defenderet; facit enim de se coniecturam;
299 cuius tanta vis ingenii est, ut neminem nisi consulto putet, quod
contra se ipsum sit, dicere; [sed ego non de praestanti quadam
et eximia, sed prope de volgari et communi prudentia disputo.]
Ut apud Graecos fertur incredibili quadam magnitudine consilii
atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles; ad quem
quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur

23. *sed ego . . . disputo* incl. Bake KS; tuetur P. *proprie . . lingua disputabam* codd. opt.

1. **tectissimum,** 'most guarded,' perhaps originally applied to soldiers completely covered by their shields.

6. **cum ceteris tuis laudibus,** 'among your other distinctions,' not a very common form of expression.

15. **quid intellegam,** 'what my view is:' cp. i. 47. 206 (note).

18. **excellentis cuiusdam**: i. 4. 14 (note).

21. **de se,** 'judging from himself.'

23. **[sed ego . . . disputo].** The great variety of readings in the MSS. here, and the striking fact that all the better MSS. give *proprie* and *disputabam*, while the later ones show different attempts to correct the awkward phrase, point clearly to the view of Bake, Kayser, and Sorof, that the whole clause is an interpolation.

27. **quidam doctus homo,** sc. Simonides: cp. § 351; Acad. ii. 1. 2 'quam (memoriam) fuisse in Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus. singularem ferunt: qui quidem etiam pollicenti cuidam, se artem ei memoriae quae tum primum proferebatur traditurum, respondisse dicitur oblivisci se malle discere, credo, quod haerebant in memoria quaecunque audierat et viderat:' de Fin. ii. 32. 104 'Themistocles quidem, cum ei Simonides an quis alius artem memoriae

eique artem memoriae, quae tum primum proferebatur, pollicitus
esse se traditurum; cum ille quaesisset quidnam illa ars efficere
posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei
Themistoclem respondisse gratius sibi illum esse facturum, si se
oblivisci quae vellet quam si meminisse docuisset. Videsne quae 300
vis in homine acerrimi ingenii, quam potens et quanta mens
fuerit? Qui ita responderit, ut intellegere possemus nihil ex
illius animo, quod semel esset infusum, umquam effluere potuisse;
cum quidem ei fuerit optabilius oblivisci posse potius
quod meminisse nollet quam quod semel audisset vidissetve
meminisse. Sed neque propter hoc Themistocli responsum memoriae
nobis opera danda non est neque illa mea cautio et timiditas
in causis propter praestantem prudentiam Crassi neglegenda
est; uterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam
significavit facultatem. Etenim permulta sunt in causis in omni 301
parte orationis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo inruas:
saepe aliquis testis aut non laedit aut minus laedit, nisi lacessatur;
orat reus, urgent advocati, ut invehamur, ut male dicamus,
denique ut interrogemus: non moveor, non obtempero, non satisfacio;
neque tamen ullam adsequor laudem; homines enim
imperiti facilius quod stulte dixeris reprehendere quam quod
sapienter tacueris laudare possunt. Hic quantum fit mali, si 302
iratum, si non stultum, si non levem testem laeseris! Habet
enim et voluntatem nocendi in iracundia et vim in ingenio et
pondus in vita; nec, si hoc Crassus non committit, ideo non

3. *et ei* incl. K. 6. *quanta mens* KS cum codd.: *quam vehemens* P. 7. *possimus* KPS.

polliceretur, oblivionis, inquit, mallem: nam memini etiam quae nolo, oblivisci non possum quae volo.'

5. **Videsne**: § 157 (note).

6. **quam potens** with *mens*, not (as Pid.) with *vis*.

7. **possemus**; occasioned by the preceding perfect with the force of an aorist: *possimus* is found only in 3 inferior MSS. Ellendt says he would have preferred the present if it had more authority in its favour: but cp. above, § 8, and Kühner's note on Tusc. i. 4. 7 'in quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut iam etiam scholas Graecorum more habere auderemus.'

9. **potius**, redundant after the comparative. It goes more closely with *oblivisci*, than with *optabilius*.

11. **Themistocli**: cp. note on *Demostheni*, i. 19. 88.

16. **ne quid offendas**, 'that you may not make any slip:' *quid* is adverbial (Roby, § 1094): *offendas* intrans.

ne quo irruas, 'that you may not run your head against anything;' a stronger expression than *offendas*.

18. **advocati**, 'supporters:' § 283 (note).

25. **ideo**, 'does it follow that:' § 37 'eo:' pro Cael. 9. 21 'vestrae sapientiae est, iudices, non, si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam.'

multi et saepe committunt; quo quidem mihi turpius videri nihil
solet, quam cum ex oratoris dicto aliquo aut responso aut
rogato sermo ille sequitur: 'occidit.' 'Adversariumne?' 'Immo
75 vero' aiunt 'se et eum, quem defendit.' Hoc Crassus non putat
303 nisi perfidia accidere posse; ego autem saepissime video in causis
aliquid mali facere homines minime malos. Quid, illud, quod
supra dixi, solere me cedere et, ut planius dicam, fugere ea, quae
valde causam meam premerent, cum id non faciunt alii versan-
turque in hostium castris ac sua praesidia dimittunt, mediocri-
terne causis nocent, cum aut adversariorum adiumenta confirmant
304 aut ea, quae sanare nequeunt, exulcerant? Quid, cum perso-
narum, quas defendunt, rationem non habent, si, quae sunt in eis
invidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando et efferendo
invidiosiora faciunt, quantum est in eo tandem mali? Quid, si
in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione
orationis acerbius et contumeliosius invehare, nonne a te iudices
305 abalienes? Quid, si, quae vitia aut incommoda sunt in aliquo
iudice uno aut pluribus, ea tu in adversariis exprobrando non in-
tellegas te in iudices invehi, mediocre*ne* peccatum est? Quid, si,
cum pro altero dicas, litem tuam facias aut laesus efferare ira-

3. *rogato* KS. post Madvigium: *rogatu* P cum codd. plerisque. 18. *in* PS cum codd. om. K.

1. **quo quidem . . . quam**: cp. § 38 (note).

3. **rogato**: for the more usual *rogatu*, for the sake of conformity with the preceding participles (Roby, § 1406).

4. **aiunt**, rarely used parenthetically without *ut*: in Or. 11. 36 'Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum: Pacuvio, inquit alius,' etc., it is doubtless employed to avoid the repetition of *inquit*. The only other instance quoted from Cicero by Kühner (ii. 1025) is ad Fam. ii. 10. 2. It is more common in the poets.

6. **Quid? illud quod**, etc.: *illud* is simply anticipatory of the *id*, which is the object of *faciunt*. For *quid* introducing a lively rhetorical question cp. i. §§ 37, 39. The sentence is best broken up into two for translation: 'I said just now that I was wont to give way, and to speak more plainly, to run away from points which told heavily against my case: well! when others do not do this, and take up a position in the stronghold of the enemy, and disband their own forces,' etc.

12. **quae sunt in eis invidiosa**, 'any unpopular features.'

15. **caros**: § 237.

17. **incommoda**, 'defects.'

18. **exprobrando non intellegas**: Roby, § 1384. We should more naturally make the former the main verb: 'you taunt your opponents with these, without seeing that,' etc.; more literally 'while making these a matter of reproach in the case of your opponents.' The dative is more common after *exprobrare*: but cp. Or. 8. 26 'in hoc ipso . . . reprehendit Aeschines quaedam.' There does not seem to be sufficient reason for rejecting *in*, as has been done by many editors since Lambinus.

19 **mediocre*ne***: I have admitted the *-ne*, first added by Sorof, not as being indispensable, but as keeping up better the parallelism of the various clauses.

20. **cum dicas**: the subj. is only due to the attraction of the subj. *facias*: otherwise we should have had the indic. as above.

litem tuam facias, 'you make the quarrel your own.'

cundia, causam relinquas, nihilne noceas?—in quo ego, non quo
libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo,
nimium patiens et lentus existimor; ut, cum te ipsum, Sulpici,
obiurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium; ex
quo etiam illud adsequor, ut, si quis mihi male dicat, petulans
aut plane insanus esse videatur.—In ipsis autem argumentis si 306
quid posueris aut aperte falsum aut ei, quod dixeris dicturusve
sis, contrarium aut genere ipso remotum ab usu iudiciorum
ac foro, nihilne noceas? Quid multa? Omnis cura mea solet
in hoc versari semper—dicam enim saepius—si possim ut boni
efficiam aliquid dicendo; sin id minus, ut certe ne quid mali.

Itaque nunc illuc redeo, Catule, in quo tu me paulo ante **76**
laudabas, ad ordinem conlocationemque rerum ac locorum; cuius 307
ratio est duplex; altera, quam adfert natura causarum, altera,
quae oratorum iudicio et prudentia comparatur: nam ut aliquid
ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam pro-
bemus nostris praesidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde
ut concludamus atque ita peroremus, hoc dicendi natura ipsa
praescribit; ut vero statuamus ea, quae probandi et docendi 308
causa dicenda sunt, quem ad modum componamus, id est vel
maxime proprium oratoris prudentiae. Multa enim occurrunt
argumenta; multa, quae in dicendo profutura videantur; sed

4. *ministratorem* codd. fere omnes: *me oratorem* K cum codd. aliquot. 19. *de probandi et docendi causa* Abγ, quae verba incl. K: *quae de causa dicenda sunt* Adler.

1. **causam relinquas**, 'lose sight of your case.' For the asyndeton cp. Roby, §§ 2204, and (more fully) Kühner, ii. 747 ff.

non quo .... audiam, 'not that I like to be abused:' cp. § 277, and for the mood, i. 6. 23.

3. **patiens et lentus**: § 279.

cum te .... obiurgabam: Introd. pp. 14–15. For the tense see i. 24. 112.

4. **ministratorem**: this term denotes a kind of attorney who supplied the counsel with his facts: cp. pro Flacc. 22. 53 'idem hic Maeandrius quasi minister aderat, subiciens quid in suos civis civitatemque, si vellem, dicerem.' Antonius says that he retained sufficient coolness to find fault with Sulpicius for attacking his assistant and not himself, but we have no further indication of the nature or grounds of this attack.

5. **petulans**, 'wantonly attacking.'

8. **genere ipso**, 'essentially.'

10. **dicam**: cp. § 15 'vere dicam.'

cc. 76–81, §§ 307–332. *Antonius explains his views as to arrangement, and lays it down that the strongest arguments are to be placed at the beginning or at the end. Special care is to be taken as to the introduction, which is to excite the attention of the hearer and win his favour. Brief rules are then given as to the* narratio, *the* constitutio causae, *the* argumentatio, *and the* conclusio.

12. **in quo**, 'for which:' used commonly in Latin with verbs of praise, blame, complaint, etc.

paulo ante: § 179.

13. **rerum**, 'subject-matter.'

14. **ratio duplex**, 'two ways of looking at it.' Introd. p. 53.

17. **praesidia**, used for arguments, as above, § 303.

18. **dicendi natura ipsa**, 'the very nature of oratory:' cp. § 78.

22. **multa quae . . . videantur**, 'ay, and many which appear,' qualifying the preceding clause.

eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint; partim,
etiamsi quid habent adiumenti, sunt non numquam eius modi,
ut insit in eis aliquid vitii neque tanti sit illud, quod prodesse
309 videatur, ut cum aliquo malo coniungatur; quae autem utilia
sunt atque firma, si ea tamen, ut saepe fit, valde multa sunt, ea,
quae ex eis aut levissima sunt aut aliis gravioribus consimilia,
secerni arbitror oportere atque ex oratione removeri: equidem
cum conligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo
77 quam expendere. Et quoniam, quod saepe iam dixi, tribus rebus
310 homines ad nostram sententiam perducimus, aut docendo aut
conciliando aut permovendo, una ex tribus his rebus res prae
nobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere velle videamur; reli-
quae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis
orationibus fusae esse debebunt; nam et principia et ceterae
partes orationis, de quibus paulo post pauca dicemus, habere
hanc vim magno opere debent, ut ad eorum mentis, apud quos
311 agetur, movendas per*tinere* possint. Sed his partibus orationis
quae, etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen et
commovendo proficiunt plurimum, quamquam maxime proprius
est locus et in exordiendo et in perorando, digredi tamen ab eo,
quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa

14. *nam .... possint* incl. K. 18. *argumentando, persuadendo et commovendo* incl. K. 20. *digredi* PS cum codd. plurimis (Lg. 2 et Z corr.): *degredi* K Ell.

1. **eorum partim ... sunt**: § 94; i. 31. 141. Roby, § 1429.

3. **quod prodesse**: Roby, § 1094.

4. **quae autem utilia**, etc. 'In the case of those arguments:' the position of the words at the beginning of the sentence must be retained in translation.

9. **expendere**: cp. Or. 15. 48 'nec vero (orator) utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet, et seliget: non enim semper nec in omnibus causis ex eisdem [locis] argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit, nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet.'

11. **prae nobis est ferenda**, 'must be openly put forward.'

13. **sic illae** resumes **reliquae duae**: cp. 'sic illam,' § 257.

in perpetuis orationibus, 'throughout the whole of each speech.'

14. **nam et principia . . . possint.** The whole clause is bracketed by Kayser. But there is nothing unnatural in this explanation of the preceding **illae . . . debebunt**: and it is expressly pointed out afterwards that both the *narratio* (§ 326) and the *conclusio* (§ 332) should work upon the feelings. The reading of the best MSS. *permovere* cannot be sound, and is probably due to a copyist who had the preceding *movendas* still in his mind. The ordinary reading *permanare* (appearing in most MSS. as *permanere*) is probably only an unsuccessful attempt to emend this, and gives a very doubtful construction: if it is retained, it will be necessary at least to read *possit*, that *vis* may be the subject. But under the circumstances Sorof's conjecture *pertinere* is not too bold, and at once cures the grammar and the sense: 'that they may have their influence in moving the feelings,' etc. Cp. de Off. ii. 3. 11 'quae ad vitam hominum tuendam pertinent.'

17. **his partibus**, dative with *locus*, which is not used in its technical sense. Nor is *partibus* = 'divisions,' but rather 'portions.' 'But though those portions of a speech . . . find their most suitable place in the exordium and the peroration, etc.

21. **agas**, 'are dealing with.'

saepe utile est; itaque vel re narrata et exposita saepe datur ad 312
commovendos animos digrediendi locus, vel argumentis nostris
confirmatis vel contrariis refutatis vel utroque loco vel omnibus,
si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest;
eaeque causae sunt ad augendum et ad ornandum gravissimae
atque plenissimae, quae plurimos exitus dant ad eius modi
digressionem, ut eis locis uti liceat, quibus animorum impetus
eorum, qui audiunt, aut impellantur aut reflectantur. Atque 313
etiam in illo reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea
prima conlocant; in quo illos quoque errare arbitror, qui, si
quando—id quod mihi numquam placuit—pluris adhibent pa-
tronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum
volunt dicere: res enim hoc postulat, ut eorum exspectationi, qui
audiunt, quam celerrime succurratur; cui si initio satisfactum
non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum, male enim
se res habet, quae non statim, ut dici coepta est, melior fieri
videtur. Ergo ut in oratore optimus quisque, sic in oratione 314
firmissimum quodque sit primum; dum illud tamen in utroque
teneatur, ut ea, quae excellent, serventur etiam ad perorandum; si
qua erunt mediocria, nam vitiosis nusquam esse oportet locum, in

5. *augendum* PS. *agendum* Ell. K cum codd. plerisque.

1. **re narrata et exposita**, 'after you have related the facts and stated your case.'

5. **gravissimae** goes with *ad augendum*; **plenissimae** with *ad ornandum*: cp. iii. 3. 12 'cum vitae flore tum mortis opportunitate . . . et ornatum et exstinctum.' *Augendum* for the reading of most MSS. *agendum* is strongly supported by i. 21. 94 and ii. 19. 80, and has been admitted by most editors except Ell.

6. **exitus**, 'starting-points.'

9. **in illo**, sc. in respect of the 'collocatio locorum.' So *in quo* = 'and in this respect.'

11. **id quod mihi nunquam placuit**: Cicero blames this practice in his own person in Brut. 57. 207 'quo nihil est vitiosius,' as spoiling the unity of the defence, and giving rise to inconsistencies. Cp. Ascon. in Scaur. p. 20 'defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur: at post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum.' Cicero's own speech for Murena has probably suffered in completeness from the fact that Hortensius and Crassus had already spoken in defence of Murena, before he rose.

12. **ut in quoque**, i. 27. 123 (note).

13. **ut exspectationi . . . succurratur**: so the best MSS.: *occurratur* (retained by Pid.) would have been the more usual expression: cp. pro Cluent. 23. 63 'multa dici possunt quare ita necesse fuerit iudicari, sed ego occurro exspectationi vestrae, iudices.' This means 'to anticipate:' the phrase in the text 'to assist in gratifying.'

17. **ut in oratore**, 'as in the choice of an orator:' i. 32. 144 (note).

19. **excellent**, 'are to be the best of all:' cp. § 178 'qui audiet.'

serventur, 'should be reserved:' not, as Sorof says, a rare meaning of the word: cp. ad Att. v. 17. 1 'eo me servari:' pro Planc. 5. 13 'Sin temporibus te aliis reservasti, ego quoque . . . ad ea te tempore revocavi, ad quae tu te ipse servaras,' (inaccurately quoted in the lexicons based on Freund).

20. **in mediam turbam atque gregem**: both these terms are often used for the

315 mediam turbam atque in gregem coniciantur. Hisce omnibus
rebus consideratis tum denique id, quod primum est dicendum,
postremum soleo cogitare, quo utar exordio. Nam si quando id
primum invenire volui, nullum mihi occurrit nisi aut exile aut
78 nugatorium aut volgare aut commune. Principia autem dicendi
semper cum adcurata et acuta et instructa sententiis, apta verbis,
tum vero causarum propria esse debent; prima est enim quasi
cognitio et commendatio orationis in principio, quaeque continuo
316 eum, qui audit, permulcere atque adlicere debet; in quo admi-
rari soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam de-
derunt, sed hominem in primis disertum atque eruditum, Philip-
pum, qui ita solet surgere ad dicendum, ut quod primum verbum
habiturus sit, nesciat; et ait idem, cum bracchium concalefecerit,
tum se solere pugnare; neque attendit eos ipsos, unde hoc
simile ducat, primas illas hastas ita iactare leniter, ut et venustati
317 vel maxime serviant et reliquis viribus suis consulant. Nec
est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non
saepe esse debeat, sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine,

8. *orationis* PS cum codd. *nostra* K.

undistinguished mass: so Brut. 97. 332 'ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum:' Lucr. ii. 920 'praeter volgum turbamque animantum:' pro Rosc. Am. 32. 89 'verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer:' cp. 'gregarius miles' for a private soldier.

5. **volgare aut commune**, 'hackneyed or undistinctive:' ad Her. i. 7. 11 'vitiosum exordium est, quod in pluris causas potest accommodari, quod volgare [εὐτελές: cp. Kayser, *ad loc.*] dicitur; item vitiosum est, quo nihilo minus adversarius potest uti, quod commune appellatur.' Whately, Rhetoric, Part I, ch. iv. § 1, calls this 'a just and valuable rule.'

6. **acuta** goes with *sententiis* as well as *instructa:* cp. Or. 36. 124 'principia verecunda, non elatis incensa verbis, sed acuta sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad commendationem sui.' Quintil. iv. 1. 58 'ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta vetustate aut poetica licentia sumptum in principia deprehendatur: nondum enim recepti sumus et custodit nos recens audientium intentio.' Ar. Rhet. iii. 14; ad Her. i. 7. 11.

7. **causarum propria,**)(vulgaria. Cp. Volkmann, Rhetorik, p. 105; iii. 27. 106; and below, § 318.

8. **quaeque** introduces a second attribute corresponding to *prima:* render 'for we give an impression, so to speak, and a commendation of our speech first in the introduction, and this ought at once to charm and attract the hearer.'

9. **admirari,** as in § 12, with a connotation of blame rather than praise.

11. **Philippum,** § 220: iii. 1. 4. Quint. iv. 1. 61 'turbari memoria vel continuandi verba facultate destitui nusquam turpius, cum vitiosum prooemium possit videri cicatricosa facies: et pessimus certe gubernator, qui navem, dum portu egreditur, impegit.'

14. **attendere** without *animum,* 'notice,' as in Acad. ii. 34. 111. Merguet quotes two similar instances from the speeches. It is much more common absolutely.

eos ipsos, sc. gladiators.

15. **leniter**: cp. § 212, where *lenis* is contrasted with *vehemens.*

et . . . . et: here the first *et* introduces the more important clause, not, as often, the second: we may invert in translation, 'they throw their first spears without straining, not only so as to spare their strength but also so as to pay the very greatest attention to grace.' For the **hastae**, cp. § 325.

18. **vitae certamine,** 'contest for life:' for the gen. cp. Roby, § 1318.

quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non
ad volnus, sed ad speciem valere videantur, quanto hoc magis in
oratione est spectandum, in qua non vis potius quam delectatio
postulatur! Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se
universum profundat et [quod] totum repente evolvat; sic omnia,
quae fiunt quaeque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura
ipsa praetexuit. Haec autem in dicendo non extrinsecus ali- 318
cunde quaerenda, sed ex ipsis visceribus causae sumenda sunt;
idcirco tota causa pertemptata atque perspecta, locis omnibus
inventis atque instructis considerandum est quo principio sit
utendum. Sic et facile reperientur; sumentur enim ex eis rebus, 319
quae erunt uberrimae vel in argumentis vel in eis partibus, ad
quas dixi digredi saepe oportere; [ita] et momenti aliquid
adferent, cum erunt paene ex intima defensione deprompta, et
apparebit ea non modo non esse communia nec in alias causas
posse transferri, sed penitus ex ea causa quae tum agatur,
effloruisse. Omne autem principium aut rei totius, quae agetur, **79** 320

8. *ipsis* PK codd. mut. *ipsius* S. 16. *quae tum agatur* incl. K. Sed cf. i. 27. 123.

1. **quo**, 'wherein,' an ablative 'where the place is also the means:' Roby, § 1174.

ante congressum, i.e. in the *prolusio*, before the trumpet sounded for the use of the *arma decretoria:* Marquardt, Röm. Alt. iii. 540. Ov. Ib. 45 'Utque petit primo plenum flaventis harenae | nondum calfacti velitis hasta solum.'

4. **se universum profundat**, as in § 88 'se se nimium profuderunt.' Sorof suggests that before *profundat* a word like *protinus* has been lost, corresponding to *repente.*

5. **[quod] totum repente evolvat**: all the better MSS. have *evolvat* or *volvat:* this makes it almost necessary with Kayser to bracket *quod;* otherwise it is very awkward to understand *se* before *totum.* Pid. retains the reading of the inferior MSS. *evolet,* on the ground that as *profundat* refers to breadth, we want a word distinctly referring to height. I doubt alike the premiss and the conclusion. **Universum** = 'as a whole;' **totum,** 'completely:' the former opposed to *singuli,* the latter to *pars.*

sic = so true it is that; **fiunt** natura, **aguntur** ab hominibus.

7. **praetexuit,** 'has provided with,' as a kind of screen or fringe. Ov. Fast. iv. 953 'state Palatinae laurus, praetextaque quercu stet domus.' De Div. ii. 54. 112 'ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris illius sententiae carmen omne praetexitur.'

8. **visceribus,** 'heart.'

9. **pertemptata,** 'thoroughly considered.'

11. **reperientur.** This passage is seriously corrupted in the MSS., apparently by the reckless alterations of a copyist, who did not understand the construction. The reading of most MSS and the earlier editors is 'reperietur, sumetur . . . ita et momenti . . . depromptae . . . eas . . . communes:' which Pid[4]. retains, taking *principium* to be the subject of the first two verbs, and *res* to be the subject of *depromptae.* But it was seen even by Manutius that the latter cannot possibly be right: hence it is necessary with all other recent editors (and some of the earlier ones) to correct 'depromptae . . . eas . . . communes' into the neuter: then it becomes much simpler with Madvig (and others) to reject *ita;* and to regard *reperientur, sumentur, afferant,* and *deprompta* as all having the same subject, which is the *haec* of the first clause of the section. Then *Idcirco—utendum* is practically parenthetical.

17. **effloruisse**: a very common metaphor in Cicero, found in AB here (et floruisse), and certainly to be preferred to

significationem habere debebit aut aditum ad causam et communitionem aut quoddam ornamentum et dignitatem; sed oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum praeponere; itaque in parvis atque infrequenti-
321 bus causis ab ipsa re est exordiri saepe commodius; sed cum erit utendum principio, quod plerumque erit, aut ex reo aut ex adversario aut ex re aut ex eis, apud quos agetur, sententias duci licebit. Ex reo, (reos appello, quorum res est), quae significent bonum virum, quae liberalem, quae calamitosum, quae misericordia dignum, quae valeant contra falsam criminationem; ex
322 adversario eisdem ex locis fere contraria; ex re, si crudelis, si nefanda, si praeter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, si indigna, si nova, si quae restitui sanarique non possit; ex eis autem, apud quos agetur, ut benevolos beneque existimantis efficiamus, quod agendo efficitur melius quam rogando. Est id quidem in totam orationem confundendum nec minime in extre-
323 mam; sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur—nam et attentum monent Graeci ut principio faciamus iudicem et docilem; quae sunt utilia, sed non principii magis propria quam reliquarum partium; faciliora etiam in principiis, quod et attenti

8. *reos. . . . est* incl. K.

the old reading *effluxisse*: cp. i. 6. 20; iii. 48. 125; Reid on Lael. 27. 100. b here has *et flevisse!* Z *effloruisse* corrected from *et floruisse*.

1. **communitionem,** 'paving of the way:' Ar. Rhet. iii 14. 1 τὸ μὲν οὖν προοίμιόν ἐστιν ἀρχὴ λόγου ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον· πάντα γὰρ ἀρχαὶ ταῦτ' εἰσί, καὶ οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι.

3. **vestibula et aditus**: Or. 15. 50 'vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet [orator] illustres.'

4. **infrequentibus**: so the best MSS., supported, I think, by the general drift of the passage. Pid. reads 'in frequentibus' in the sense of 'cases of daily occurrence,' denying the use of *infrequens* in the sense of 'not much visited,' i.e. 'not attractive,' except with the names of places and collective expressions: but from Livy's 'infrequentia signa' (x. 20 8, etc) = 'standards with few men around them,' the transition is not great to a phrase like that in the text. Translate 'in petty cases, not exciting much attention.' Cp. Ar. Rhet. iii. 14 ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ.

6. **ex reo**: cp. Ar. Rhet. iii. 14. 7 λέγεται δὲ ταῦτα ἔκ τε τοῦ λέγοντος καὶ τοῦ ἀκροατοῦ καὶ τοῦ πράγματος καὶ τοῦ ἐναντίου. Cicero is evidently closely following Aristotle, but ὁ λέγων has a wider meaning than *reus*, including *actor* as well. This Quintil. iv. 1. 6 seems to have overlooked, in apparently, at least, charging Aristotle with omitting the *actor*. Cp. Cope's note in loc.

8. **reos appello**, § 183.

11. **eisdem ex locis**, §§ 182, 215.

12. **nefanda**: so the better MSS., for the vulgate *infanda*, which Ellendt shows is only used by Cicero of unnatural vice.

immerito, 'unaccompanied by guilt.'

15. **quod agendo**: cp. § 82. Ar. Rhet. iii. 14 ἔτι τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινόν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον ἢ ἀρχόμενοι. διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται.

16. **confundendum**: cp. *fusae*, § 310.

17. **ex eo genere**, i.e. from the endeavour to secure the attention and favour of the judges.

tum maxime sunt, cum omnia exspectant, et dociles magis in initiis esse possunt; inlustriora enim sunt, quae in principiis quam quae in mediis causis dicuntur aut arguendo aut refellendo. 324 Maximam autem copiam principiorum ad iudicem aut adliciendum aut incitandum ex eis locis trahemus, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa, quos tamen totos explicari in principio non oportebit, sed tantum impelli iudicem primo leviter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Conexum 80 autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tamquam 325 citharoedi prooemium adfictum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur—nam non nulli, cum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientiam fieri sibi nolle videantur—atque eius modi illa prolusio debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint.

Narrare vero rem quod breviter iubent, si brevitas appellanda 326 est, cum verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio;

2. *in initiis* PS: [*initiis*] K Ell.

2. **in initiis**: not a technical expression for *in exordiis* or *in principiis*, but used here quite as equivalent, to vary the phrase.

illustriora, 'clearer.'

3. **arguendo**, 'in respect of proving:' Roby, § 1384.

6. **conficiendos**. This word does not require any alteration, as some have suggested (i.e. *ciendos*, *conciendos*, or *concitandos*): we may surely talk of *producing* emotions, just as well as of *calling* them out.

8. **iam inclinato**, § 187. Nägelsb. Stil. p. 360.

Conexum autem, etc. Cp. Quint. iv. 1. 1 'quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominasse . . . nam sive propterea quod οἴμη cantus est et citharoedi pauca illa, quae, antequam legitimum certamen inchoant, emerendi favoris gratia canunt, prooemium cognominaverunt, oratores quoque ea quae priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, eadem appellatione signarunt, sive, etc.' Ar. Rhet. iii. 14. 1 τὸ μὲν οὖν προαύλιον ὅμοιον τῷ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοιμίῳ· καὶ γὰρ οἱ αὐληταί, ὅ τι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ, καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις δεῖ οὕτω γράφειν.

12. **audientiam**, 'attentive hearing:' Reid on Cat. Mai. 9. 28 'facitque persaepe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio:' Div. in Caec. 13. 42 'Iam nunc mente et cogitatione perspicio quantam denique audientiam orationi meae improbitas illius factura sit.'

14. **Samnitium**: Liv. ix. 40. 17 'Campani ab superbia et odio Samnitium gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt Samnitiumque nomine compellarunt.' Cp. Friedländer, Sittengesch. ii. 326.

17. **breviter**: de Inv. i. 20. 28 'oportet igitur eam (narrationem) tris habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit.' Cicero's judgment here quite agrees with that of Aristotle, Rhet. iii. 16 νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν . . . δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγῆσθαι ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τὸ ταχὺ ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως· τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα, ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι, ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δ' ἐναντίῳ τὰ ἐναντία.

sin tum est brevitas, cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est; sed saepe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem adfert, sed etiam quod eam virtutem, quae narrationis est maxima, ut iucunda et ad persuadendum accommodata sit, tollit. Videant illa

> nam is postquam excessit ex ephebis . . . .

327 quam longa est narratio! Mores adulescentis ipsius et servilis percontatio, mors Chrysidis, voltus et forma et lamentatio sororis, reliqua pervarie iucundeque narrantur. Quodsi hanc brevitatem quaesisset:

> effertur, imus, ad sepulcrum venimus,
> in ignem imposita est,

[fere] decem versiculis totum conficere potuisset; quamquam hoc ipsum 'effertur, imus,' concisum est ita, ut non brevitati
328 servitum sit, sed magis venustati. Quodsi nihil fuisset, nisi 'in ignem imposita est,' tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis et interpuncta sermonibus, et est et probabilius, quod gestum esse dicas, cum quem ad modum actum sit exponas, et multo apertius ad intellegendum est, si constituitur aliquando ac non ista brevitate
329 percurritur. Apertam enim narrationem tam esse oportet quam

5. *accommodata* PS. *occupata* AbγZ, unde K coniecit *adcurata*. *illa* S. *illam* K. *vel illa* P. 13. *fere* om. S. (cum codd. opt.) incl. K.

1. **tantum**, § 150.

5. **Videant illa**: sc. *qui narrare breviter iubent*. This reading is that of the best MSS., and suits the context at least as well as any other that has been extracted out of the curiously varied reading of the MSS. The following quotations are from Terence, Andr. 51f. 117.

6. **excessit ex ephebis** = ἐξῆλθεν ἐξ ἐφήβων (Xen. Cyr. i. 2. 12); so Cicero says (pro Arch. 3. 4) 'ut primum ex pueris excessit Archias.'

7. **adulescentis**, sc. Pamphilus: **servilis percontatio**, 'the questions of the slave Sosia.' Simo is represented as describing to his slave at some length the excellent character of his son Pamphilus, the death of Chrysis, an Andrian *hetaera* at Athens, the charming appearance of her sister Glycerium, her grief at the funeral, the sympathy of Pamphilus, and his alarm when Glycerium appeared to be in danger at the funeral pyre.

11. **effertur**: the earlier form *ecfertur* does not appear in any MS. here, and only in two of Terence (cp. Umpfenbach). The line is made up of the first half of v. 117 and the latter part of v. 128.

12. **in ignem imposita est**: the MSS., both here and in Terence, vary between *posita* and *imposita*. Pid. and Sorof read *in igni positast*, without any authority for the ablative. Cp. Rhein. Mus. N. F. xxiv. 138.

14. **concisum**, 'broken up,' almost equal to our 'concise:' **servitum sit**, 'regard is paid,' § 171.

17. **festivitatem**, 'liveliness:' de Inv. i. 19. 27 'illa narratio quae versatur in personis eiusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones et animi perspici possint. Hoc in genere multa inesse debet festivitas, confecta ex rerum varietate,' etc. **distincta**, 'diversified.' **interpuncta**, 'broken up.'

20. **constituitur**: so the MSS.; 'is brought to a halt,' which I think may be defended. Some editors accept the conjecture of Lambinus 'consistitur.'

21. **apertam** = σαφῆ, 'clear:' cp. note on § 83.

cetera; sed hoc magis in hac elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda quam aut in principio aut in argumentando aut in perorando; et maiore etiam periculo haec pars orationis obscura est quam ceterae, vel quia, si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est, narratio obscura totam occaecat orationem; vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum servato, si non interrupte narrabitur. Sed quando utendum sit aut non sit **81**
narratione, id est consilii; **330**
neque enim si nota res est nec dubium quid gestum sit, narrare oportet, nec si adversarius narravit, nisi si refellemus; ac si quando erit narrandum, nec illa, quae suspicionem et crimen efficient contraque nos erunt, acriter persequemur et, quicquid potuerit, detrahemus; ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia, non stultitia fieri putat, ut causae noceamus, accidat. Nam ad summam totius causae pertinet, caute an contra demonstrata res sit, quod omnis orationis reliquae fons est narratio.

Sequitur, ut causa ponatur, in quo videndum est, quid in con- **331**
troversiam veniat; tum suggerenda sunt firmamenta causae coniuncte et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. Namque

3. *in argumentando aut in perorando* PS. *in arguendo aut purgando aut perorando* K. vide infra.

3. **argumentando**, the generally received conjecture of Lambinus for *argumento*: [*aut purgando*] can hardly be anything but a copyist's mistake for *perorando*. The special force which the word has as a technical term in rhetoric 'cum consulto negat se reus fecisse' (ad Her. i. 14. 24) is quite out of place here.

11. **neque** extends also to *nec dubium*. It is not necessary with the editors between Ern. and Ell. to read *nec si non dubium*, which has very slight authority.

14. **persequemur**: so Kayser, followed by Sorof, corrected the reading of (apparently all, not as Sorof says most) MSS. *persequamur*, which is at variance with the usual practice of Antonius in giving his rules, and which is due only to the very general corruption of *nec* into *ne*. *Nec* . . . *et* correspond, as often.

15. **potuerit**: so the good MSS. *poterit* is retained by Kayser and Pid.

18. **demonstrata** 'stated (clearly);' i. 31. 143.

20. **Sequitur**, 'the next thing is:' de Off. i. 27. 93. In this sense *sequi* seems always to be followed by *ut*: when used with the meaning 'the result is that,' it takes sometimes acc. c. inf. sometimes *ut* with subj. Kühner, ii. 812. *inde, ex quo*, etc., are *not* used with it: Seyffert, Lael.[2] p. 398.

ponatur, i. 33. 149. This part of the subject has been fully discussed in § 132 ff, and § 163 ff.

21. **suggerenda**, § 117. **firmamenta**, not limited, as Sorof says, to the main support of the defence: cp. pro Mur. 28. 58 'firmamentum ac robur totius accusationis.'

22. **contrariis et tuis**: neuters, used as substantives: cp. § 80. The case seems to be abl.: 'by rejecting your opponents' arguments and establishing your own at the same time.' Or. part. 35. 122 'in confirmandis autem nostris argumentationibus infirmandisque contrariis.'

una in causis ratio quaedam est eius orationis, quae ad probandam argumentationem valet; ea autem et confirmationem et reprehensionem quaerit; sed quia neque reprehendi, quae contra dicuntur, possunt, nisi tua confirmes, neque haec confirmari, nisi illa reprehendas, idcirco haec et natura et utilitate et tractatione
332 coniuncta sunt. Omnia autem concludenda plerumque rebus augendis vel inflammando iudice vel mitigando; omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime extremo ad mentis iudicum quam maxime permovendas et ad utilitatem nostram vocandas conferenda sunt.

333 Neque sane iam causa videtur esse cur secernamus ea praecepta, quae de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus, sunt enim pleraque communia, sed tamen suadere aliquid aut dissuadere gravissimae mihi personae videtur esse; nam et sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus et honesti et diserti, ut mente providere, auctoritate probare, oratione per-
82 suadere possis. Atque haec in senatu minore apparatu agenda sunt; sapiens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus, vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio:
334 contio capit omnem vim orationis et gravitatem varietatemque desiderat. Ergo in suadendo nihil est optabilius quam dignitas; nam qui utilitatem putat, non quid maxime velit suasor, sed quid

Namque, etc. For in dealing with cases that part of the pleading which aims at establishing your line of argument has but one object in view, if I may say so. (**quaedam**), § 185.

2. **confirmationem**: Or. part. 9. 33 'quae quidem [ea quae ad faciendam fidem pertinent] in confirmationem et reprehensionem dividuntur': 12. 44; 35. 120. **et natura**, 'not only by nature, but also in respect of the assistance they can give, and the manner in which they are to be treated.'

7. **augendis**, i.e. by heightening the effect you have been endeavouring to produce, whether that is to be done by exciting the judge, or by calming the feelings aroused by your opponent. Cp. i. 31. 143; iii. 26. 104; Ar. Rhet. iii. 19. 1 *ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως, καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι, καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι, καὶ ἐξ ἀναμνήσεως.* Cp. Sandys' note in loc. and some excellent remarks on the quiet tone of the perorations of the Attic orators in Jebb's Attic Orators, i. p. ciii.

11. **iam**, 'henceforward,' after our discussion of the *genus iudiciale*.

13. **sed tamen**, i.e. but there are some points of difference, for, etc. This was a consideration ignored in the ordinary school-rhetoric.

14. **gravissimae personae**, 'to require a character of the greatest weight;' equivalent to *dignitas* in § 334.

15. **consilium**, § 165 (note).

19. **ingenii ostentationis**: Div. in Caec. 11. 36 'cum omnis adrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae longe molestissima.' The experience of our House of Commons fully bears out the remark of Antonius.

20. **capit**, 'admits.'

21. **Ergo**, resumptive, after the parenthetical remark upon the *contio*.

22. **utilitatem putat**, 'has an eye to advantage.' Such a man does not see what the adviser must make his main purpose, but only what he sometimes takes as his immediate object.

interdum magis sequatur, videt. **Nemo** est enim, praesertim in
tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem,
sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor ea neglecta
ne dignitatem quidem posse retineri. Controversia autem est 335
inter hominum sententias aut in illo, utrum sit utilius; aut etiam,
cum id convenit, certatur, utrum honestati potius an utilitati con-
sulendum sit; quae quia pugnare inter se saepe videntur, qui
utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, potentiae,
vectigalium, praesidii militum, ceterarum rerum, quarum fructum
utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum; qui ad
dignitatem impellet, maiorum exempla, quae erunt vel cum
periculo gloriosa, conliget, posteritatis immortalem memoriam
augebit, utilitatem ex laude nasci defendet semperque eam cum
dignitate esse coniunctam. Sed quid fieri possit aut non possit 336
quidque etiam sit necesse aut non sit, in utraque re maxime est
quaerendum; inciditur enim omnis [iam] deliberatio, si intellegitur
non posse fieri aut si necessitas adfertur; et qui id docuit non
videntibus aliis, is plurimum vidit. Ad consilium autem de re pub- 337
lica dandum caput est nosse rem publicam; ad dicendum vero
probabiliter nosse mores civitatis, qui quia crebro mutantur, genus
quoque orationis est saepe mutandum; et quamquam una fere

8. *defendet* S. *defendit* KP cum codd. 11. *impellet* S. *impellit* KP cum codd.
16. *iam* om. K cum ABbZ, nescio an recte.

3. **vincit,** 'gains the upper hand:' de Off. iii. 4. 19 'vicit ergo utilitas honestatem? immo vero honestas utilitatem; honestatem utilitas secuta est.'

5. **inter hominum sententias,** a periphrastic expression for 'inter homines.'

8. **defendet**: MSS. *defendit*: Sorof's correction is necessary; otherwise 'qui utilitatem defendit' would mean 'the man who is always a champion of expediency,' not, as the sense requires, 'the man who on any occasion is defending.'

9. **praesidii militum,** 'the protection afforded by an army.'

10. **contrariorum**: neuter as in § 331.

11. **quae erunt,** 'which may occur to him.'

13. **augebit,** 'he will magnify the importance of:' cp. i. 21. 94 'augere atque ornare.'

14. **Sed quid fieri possit**: from Ar. Rhet. i. 4. 2 *ὅσα δὲ ἐξ ἀνάγκης ἢ ἐστὶν ἢ ἔσται ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ γενέσθαι, περὶ δὲ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή*, repeated in Part. Or. 24. 83 'est igitur in deliberando finis utilitas, ad quem ita referantur omnia in consilio dando sententiaque dicenda, ut illa prima sint suasori aut dissuasori videnda, quid aut possit fieri aut non possit, et quid aut necesse sit aut non necesse. Nam et, si quid effici non potest, deliberatio tollitur, quamvis utile sit; et, si quid necesse est—necesse autem id est, sine quo salvi liberive esse non possumus —id est reliquis et honestatibus in civili ratione et commodis anteponendum.'

16. **inciditur,** 'cut short:' Hor. Ep. i. 14. 36 'nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.'

iam, 'at once,' without any further question.

19. **caput est**: Ar. Rhet. i. 8. 1 *μέγιστον δὲ καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν καὶ καλῶς συμβουλεύειν, τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα διελεῖν· πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι, συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν.*

20. **civitatis,** 'of the citizens:' Acad. ii. 45. 137 'non dubitavisset quin et praetor ille esset et Roma urbs, et eam civitas incoleret.'

21. **et quamquam,** etc. 'And although the essential character of eloquence is

vis est eloquentiae, tamen quia summa dignitas est populi, gravissima causa rei publicae, maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius quoddam et inlustrius esse adhibendum videtur; maximaque pars orationis admovenda est ad animorum motus non numquam aut cohortatione aut commemoratione aliqua aut in spem aut in metum aut ad cupiditatem aut ad gloriam concitandos, saepe etiam a temeritate, iracundia, spe, iniuria, invidia,
83 crudelitate revocandos. Fit autem, ut, quia maxima oratori quasi
338 scaena videtur contio esse, natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitemur; habet enim multitudo vim quandam talem, ut, quem ad modum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine
339 audiente eloquens esse non possit. Et cum sint populares multi variique lapsus, vitanda est adclamatio adversa populi, quae aut orationis peccato aliquo excitatur, si aspere, si adroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videtur, aut hominum offensione vel invidia, quae aut iusta est aut ex criminatione atque fama, aut res si displicet, aut si est in aliquo motu suae cupiditatis aut metus multitudo. His quattuor causis totidem medicinae opponuntur: tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audie-

8. *oratori quasi scena videtur contio esse* K: *quasi oratori scena videatur contionis* P: cum codd. *quasi oratoris scaena videtur contio esse* S.

almost always the same, yet inasmuch as the dignity of the people is the most exalted, the cause of the state the most important, and the passions of the crowd the most violent,' etc.

3. **illustrius**, 'more dazzling.'

9. **scaena contio**: Lael. 26. 97 'quod si in scaena, id est in contione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est, quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur?'

11. **sine tibiis**: Brut. 51. 192 'ego vero . . . ut in eis etiam causis, in quibus omnis res nobis cum iudicibus est, non cum populo, tamen si a corona relictus sim, non queam dicere' . . . 'Ita se res habet, ut, si tibiae inflatae non referant sonum, abiciendas eas sibi tibicen putet, sic oratori populi aures tamquam tibiae sunt; eae si inflatum non recipiunt, aut si auditor omnino tamquam equus non facit, agitandi finis faciendus est.'

12. **populares lapsus**, 'ways of offending the populace.' This substitution of the adjective for the genitive is especially common in Cicero. See Reid on pro Arch. § 3.

13. **acclamatio**, even without *adversa* always denotes in Cicero a shout of disapproval or ridicule: so pro Mur. 8. 18 'tu illam [provinciam habuisti] cui, cum quaestores sortiuntur, etiam adclamari solet, Ostiensem:' in Pis. 65 'ne acclametur times? ne id quidem est curare philosophi.' The notion of approbation (Tennyson's 'tumult of acclaim') is on the contrary, the more usual one from Livy downwards.

15. **quoquo**, 'any.' Roby, § 2289; Kühner, ii. 789. It is not necessary, with Lambinus, to change this into *si quo*.

16. **hominum offensione**, 'ill-will towards the speakers.'

18. **motu cupiditatis**, 'excitement arising from desire.'

suae, emphatic from its position, 'on their own part.'

20. **promissio . . . probaturos**: pro Sest. 41. 89 'opinione id eum nunquam esse facturum.' Roby, § 1351. The subject to *probaturos* is 'the audience' or some other indefinite term, understood

rint, probaturos; tum deprecatio, quod est infirmum, sed non numquam utile. Nullo autem loco plus facetiae prosunt et celeri- 340 tas et breve aliquod dictum nec sine dignitate et cum lepore; nihil enim tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode et breviter et acute et hilare dicto deducitur.

Exposui fere, ut potui, vobis in utroque genere causarum quae **84** sequi solerem, quae fugere, quae spectare quaque omnino in causis ratione versari. Nec illud tertium laudationum genus est difficile, 341 quod ego initio quasi a praeceptis nostris secreveram; sed et quia multa sunt orationum genera et graviora et maioris copiae, de quibus nemo fere praeciperet, et quod nos laudationibus non ita multum uti soleremus, totum hunc segregabam locum; ipsi enim Graeci magis legendi et delectationis aut hominis alicuius ornandi quam utilitatis huius forensis causa laudationes scriptitaverunt; quorum sunt libri, quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander aliique laudantur; nostrae laudationes, quibus in foro utimur, aut testimonii brevitatem habent nudam atque inornatam, aut scribuntur ad funebrem contionem, quae ad orationis laudem minime adcommodata est. Sed tamen, quoniam est utendum aliquando, non numquam etiam scribendum, velut Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti

1. *infirmum* codd. *infimum* KS. 8. *laudationum* AγZ: *laudationis* K cum Bb. 10. *sunt* codd. P. *essent* KS.

from 'si audierint:' 'at another time a promise that if they hear us out, they will agree with us.'

1. **infirmum**, the reading of ABb, may perhaps be defended against the vulgate *infimum*. 'To stoop to entreaties is not only a kind of degradation for the orator but also shows want of strength.'

2. **celeritas**, 'readiness.'

7. **solerem**, § 300 (note). The Latin perfect here corresponds to the Greek aorist of 'conversation,' rather than to our present complete.

8. **laudationum**, 'consisting in panegyrics;' a genitive of definition. Roby, § 1302. Dräger, § 202.

9. **initio**, § 47.

secreveram, § 333.

11. **praeciperet**, 'laid down rules' (as I thought); the subjunctive is one of reported reason. The *sunt* of the MSS. can, I think, be defended, although Pearce's conjecture *essent* preserves the parallel with *soleremus*. There is nothing impossible in regarding the first reason as one given without any reference to its existence in the mind of the speaker, the second as having such a reference.

14. **huius**, i.e. which we are now considering.

16. **Alexander**: Plut Dem. 9 refers to an ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου βασιλέων by Lamachus of Myrinae. The life of Agesilaus by Xenophon (if it be his) is virtually, if not in form a panegyric. Isocrates asserts that his *Evagoras* (written not earlier than B.C. 374) was the first panegyric on a departed contemporary.

17. **testimonii**, 'evidence to character.'

19. **ad orationis laudem**, 'to display the special excellence of oratory.'

20. **etiam**, 'and even,' an asyndeton.

21. **Q.** [Aelio] **Tuberoni**, the son of Aemilia the sister of Scipio Aemilianus. He was a noted Stoic (Brut. 31. 117; pro Mur. 36. 75), and though a learned lawyer (Gell. i. 22. 7), had no more eloquence than most of his sect. For the shabby provision which he made for the funeral feast given in honour of his uncle, cp. pro Mur. 36. 75. Laelius as the most

scripsit C. Laelius, vel ut nosmet ipsi ornandi causa Graecorum more, si quos velimus, laudare possimus, sit a nobis quoque
342 tractatus hic locus. Perspicuum est igitur alia esse in homine optanda, alia laudanda : genus, forma, vires, opes, divitiae ceteraque, quae fortuna dat aut extrinsecus aut corpori, non habent in se veram laudem, quae deberi virtuti uni putatur; sed tamen, quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maxime cernitur, tractanda in laudationibus etiam haec sunt naturae et fortunae bona, in quibus est summa laus non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se praetulisse aliis propter abundantiam fortunae, ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem
343 et materiam dedisse; virtus autem, quae est per se ipsa laudabilis et sine qua nihil laudari potest, tamen habet pluris partis, quarum alia est alia ad laudationem aptior; sunt enim aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum et quadam comitate ac beneficentia positae; aliae, quae in ingenii aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore; nam clementia, iustitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus iucunda est auditu
344 in laudationibus; omnes enim hae virtutes non tam ipsis, qui eas habent, quam generi hominum fructuosae putantur. Sapientia et magnitudo animi, qua omnes res humanae tenues ac pro nihilo

1. *vel ut . . . possimus* PS. *velut . . . possumus* K.

intimate friend of Scipio would naturally be the best fitted to write his *éloge*. The Schol. Bob. on *pro Milone* 7. 2 gives a different story: 'super Africani laudibus extat oratio C. Laelii Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus [another nephew of Scipio] in laudatione mortui Scipionis,' and he quotes the last words, which go to show that Scipio died a natural death. Ihne (Röm. Gesch. v. 61) accepts this account, and overlooks the more trustworthy authority of Cicero in the text.

laudanti, not quite, as Sorof, 'of an attempt:' the task of composing the panegyric is regarded as beginning as soon as it became a duty.

1. **vel ut possimus**, a third reason, coordinated with the two gerundives.

2. **sit**: cp. many exx. in Seyffert's Lael.[2] p. 346.

3. **alia . . . laudanda**, 'that what is desirable is not identical with what is praiseworthy.'

7. **moderatione**, 'wise dealing with.'

9. **summa laus non extulisse**. Pid. and Sorof put a colon after *laus*, which needlessly obscures the construction.

11. **abundantiam fortunae**: this sums up and generalises the preceding *in potestate* and *in pecunia*, to which *opes* and *copiae* respectively correspond.

13. **virtus autem**: Ar. Rhet. i. 9 *καλὸν μὲν οὖν ἐστίν ὃ ἂν δι' αὑτὸ αἱρετὸν ὂν ἐπαινετὸν ᾖ, ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν ἡδὺ ᾖ, ὅτι ἀγαθόν· εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καλόν, ἀνάγκη τὴν ἀρετὴν καλὸν εἶναι· ἀγαθὸν γὰρ ὂν ἐπαινετόν ἐστιν*. Aristotle goes on to point out that those *μέρη ἀρετῆς* are the greatest which are most useful to others.

15. **alia est alia**: Ell. points out that, according to the law of *parisosis*, two words identical in form are not placed side by side, but either different forms are used, as *alius aliud dixit*, or the words are separated by some interposed word. Cp. iii. 14. 55 'sed tamen est specie alia magis alia formosa et illustris.'

16. **in moribus hominum**, 'in the characteristic behaviour of men.'

22. **magnitudo animi**, 'highmindedness,' not our 'magnanimity,' but the

putantur, et in excogitando vis quaedam ingenii et ipsa eloquentia
admirationis habent non minus, iucunditatis minus: ipsos enim
magis videntur, quos laudamus, quam illos, apud quos laudamus,
ornare ac tueri. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam haec
genera virtutum, ferunt enim aures hominum cum illa, quae
iucunda et grata, tum etiam illa, quae mirabilia sunt in virtute,
laudari. Et quoniam singularum virtutum sunt certa quaedam **85**
officia ac munera et sua cuique virtuti laus propria debetur, erit 345
explicandum in laude iustitiae, quid cum fide, quid cum aequa-
bilitate, quid cum eius modi aliquo officio is, qui laudabitur,
fecerit; itemque in ceteris res gestae ad cuiusque virtutis genus
et vim et nomen adcommodabuntur. Gratissima autem laus 346
eorum factorum habetur, quae suscepta videntur a viris fortibus
sine emolumento ac praemio; quae vero etiam cum labore ac
periculo ipsorum, haec habent uberrimam copiam ad laudandum,
quod et dici ornatissime possunt et audiri facillime; ea enim
denique virtus esse videtur praestantis viri, quae est fructuosa aliis,
ipsi aut laboriosa aut periculosa aut certe gratuita. Magna etiam
illa laus et admirabilis videri solet tulisse casus sapienter adver-
sos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignita-
tem; neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis 347
praemia, res gestae iudiciis hominum comprobatae; in quibus
etiam felicitatem ipsam deorum immortalium iudicio tribui lau-
dationis est. Sumendae autem res erunt aut magnitudine
praestabiles aut novitate primae aut genere ipso singulares;
neque enim parvae neque usitatae neque volgares admiratione
aut omnino laude dignae videri solent. Est etiam cum ceteris 348
praestantibus viris comparatio in laudatione praeclara. De quo

μεγαλοψυχία of Ar. Eth. Nic. iv. 3. 16: cp. § 15 *τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρά* [sc. *ὁ μεγαλόψυχος*], *ᾧ οὐθὲν μέγα*; and § 23 *ἀφειδὴς τοῦ βίου, ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν.*

2. **iucunditatis minus**, naturally enough, *ὁ γὰρ μεγαλόψυχος δικαίως καταφρονεῖ.* Ar. l.c. § 21.

9. **cum aequabilitate**, 'with a sense of fairness:' Ell. rightly explains 'explicandum est quibus modis sese omnibus aequabilem praestiterit, nihil unquam gratiae divitiisque tribuerit, sed omnes eadem iuris condicione esse existimaverit.'

10. **aliquo**: cp. note on § 17.

11. **itemque**, etc. 'And so in praising the other virtues, a man's actions must be treated with regard to the character, significance, and name of the several virtues. Part. Or. 23. 82 'tum quae quisque senserit, dixerit, gesserit ad ea, quae proposita sunt, virtutum genera accommodabuntur.'

16. **facillime**, 'with the greatest readiness.'

17. **denique**, § 146, 315.

21. **virtutis praemia**: the genitive may be well defended: cp. iii. 27. 104 'omnibus eis locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius.' Of course the dative could also have been used, but it is not necessary, as some have thought.

24. **Sumendae**, 'are to be chosen' to dwell upon.

genere libitum mihi est paulo plura, quam ostenderam, dicere, non tam propter usum forensem, qui est a me omni hoc sermone tractatus, quam ut hoc videretis, si laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutum omnium cognitionem,
349 sine qua laudatio effici non posset, esse necessariam. Iam vituperandi praecepta contrariis ex vitiis sumenda esse perspicuum est; simul est illud ante oculos, nec bonum virum proprie et copiose laudari sine virtutum nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insignite atque aspere posse. Atque his locis et laudandi et vituperandi saepe nobis est utendum in omni genere causarum.

350 Habetis de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam; adiungam etiam de memoria, ut labore Crassum levem neque ei quicquam aliud, de quo disserat, relinquam nisi ea, quibus haec ex-
86 ornentur.' 'Perge vero,' inquit Crassus 'libenter enim te cognitum iam artificem aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuae nudatumque perspicio; et quod mihi nihil aut non mul-
351 tum relinquis, percommode facis estque mihi gratum.' 'Iam istuc quantum tibi ego reliquerim,' inquit Antonius 'erit in tua potestate; si enim vere agere volueris, omnia tibi relinquo; sin dissimulare, tu quem ad modum his satis facias, videris. Sed, ut ad rem redeam, non sum tanto ego' inquit 'ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivionis artem quam memoriae malim; gratiamque habeo Simonidi illi Cio, quem primum ferunt artem memoriae

5. *posset* S. *possit* K cum codd.

3. **videretis**, as in § 340: *solerem*: then *essent* is attracted into the same tense; otherwise it would have been *sunt*: *posset* is, I think, a necessary correction of the *possit* of the MSS.

9. **satis insignite**, 'in a sufficiently marked manner.' There is no need with Ell. to limit the force of the word to pointing out disfiguring marks, though *insignitus* often means 'disfigured,' much like our own 'marked.'

10. **in omni genere causarum**: cp. the praise of Lucullus introduced in the speech 'De Imperio Cn. Pompeii,' the eulogy on Chabrias in Demosthenes' speech πρὸς Λεπτίνην, etc.

cc. 85-88, §§ 350-360. *Antonius proceeds to give an outline of the art of memory, ascribing its origin to the manner in which Simonides was struck with the assistance derived from orderly arrangement.*

16. **artificem**, 'a master of the theory,' *ars* or *artificium*.

20. **vere**, 'fairly,' 'frankly,' as contrasted with *dissimulare*.

relinquo = 'you will see that I have left.'

21. **videris**, § 33.

22. **Themistocles**, § 299.

24. **Cio** = Κείῳ, of Ceos: cp. Plin. N. H. iv. 12. 62 'dein Ceos, quam nostri quidam dixere Ceam:' the latter seems the only form found in Latin authors, perhaps to avoid a confusion with the adjective. Cp. *Chius* = Χῖος, and *Chīus* = Χίος. Besides Simonides, and his nephew Bacchylides, the sophist Prodicus, the philosopher Ariston and the physician Erasistratus were born in this small island, all being natives of its principal town Iulis. Mr. Reid (on Cat. M. § 3) decides in favour of the spelling *Cius* rather than *Ceus* (cp. note on *Democritii*, i. 10. 42):

protulisse. Dicunt enim, cum cenaret Crannone in Thessalia 352
Simonides apud Scopam fortunatum hominem et nobilem cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post 353
esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret; iuvenis stare ad ianuam duo quosdam, qui eum magno opere evocarent; surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem: hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum cum cognatis suis oppressum interisse: quos cum humare vellent sui neque possent obtritos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator unius cuiusque sepeliendi fuisse; hac tum re admoni-

12. *suis* incl. K. *oppressum suis* AbγZ.

here all the MSS. by an extremely common error give *Chio:* cp. Lachmann on Lucret. iv. 1130, and J. B. Mayor on de Nat. D. i. 42. 118. There is a play upon the two words in Aristoph. Ran. 970 *πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κεῖος.*

1. **Crannone** (from *κράννα*, the Aeolic form of *κρήνη*: Curt. Gr. Et. i. 175: there is authority also both in MSS. and in inscriptions for the form *Cranon*, though here only the inferior MSS. give it) about nine miles S. W. of Larisa, the residence of the noble Thessalian family of the Scopadae: cp. Theocr. xvi. 36 ff. *πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν | μόσχοι σὺν κεραῇσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι. | μυρία δ' ἀμπεδίον Κραννώνιον ἐνδιάασκον | ποιμένες ἔκκριτα μᾶλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις.* For the Scopadae (omitted in the Dict. Biog.) cp. Thirlwall, i. p. 497. The uncertainty of the whole tradition is shown by Quintil. xi. 2. 14 'Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucone Carystio an Leocrati an Agatharcho an Scopae scriptum sit id carmen, et Pharsali fuerit haec domus, ut ipse quodam loco significare Simonides videtur atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorion et Larisaeus Eurypylus tradiderunt, an Crannone, ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum perisse in eo convivio constat; adicitur sororis eius filius; putant et ortos plerosque ab alio Scopa, qui maior aetate fuerit.'

5. **eius ei**: when *eius* is used in close connexion with some other case of *is* (whether referring to the same substantive, or to different ones, as here), the genitive usually stands first: cp. Tusc. D. i. 11. 24 'evolve diligenter eius eum librum, qui est de animo,' with Kühner's note.

6. **suis**, 'his own favourite' (Dräger, i. 56), the reflexive referring now to Simonides, as the subject of *peteret*: *ei* returns to the more normal construction. Note that *Tyndaridae*, very commonly used by Cicero for Castor and Pollux, comes from the by-form *Tyndarus*, not from the more usual *Tyndareus*.

9. **magno opere**, 'earnestly:' the form *magnopere* is not so well authenticated for Cicero as *magno opere*, as Ellendt has shown in i. 35. 164 (not. crit.).

surrexisse, etc. The asyndeton contributes much to the vigour and rapidity of the narrative.

10. **conclave** is used for a dining-room also in Phil. ii. 28. 69 'huius in sedibus . . . pro conclavibus popinae sunt,' and in Verr. iv. 26. 58: it is perhaps more common as a 'bed-chamber.'

11. **ruina**, 'downfall:' the plural, as in Hor. Od. iii. 3. 8 'impavidum ferient ruinae,' is not used in good prose.

12. **sui**, 'their relatives,' § 199: for the reflexive referring to the virtual subject cp. Dräger, i. 52: Roby, § 2265.

14. **quo eorum loco quisque**, according to Cicero's practice for 'quo loco quisque eorum,' in order to bring together the pronouns.

15. **sepeliendi**, 'for burial.'

tus invenisse fertur ordinem esse maxime, qui memoriae lumen
354 adferret. Itaque eis, qui hanc partem ingenii exercerent, locos
esse capiendos et ea, quae memoria tenere vellent effingenda
animo atque in eis locis conlocanda; sic fore, ut ordinem rerum
locorum ordo conservaret, res autem ipsas rerum effigies notaret
87 atque ut locis pro cera, simulacris pro litteris uteremur. Qui sit
355 autem oratori memoriae fructus, quanta utilitas, quanta vis, quid
me attinet dicere? Tenere, quae didiceris in accipienda causa,
quae ipse cogitaris? omnis fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum,
unde discas, vel eum, cui respondendum sit, ut illi non infundere
in auris tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque
soli qui memoria vigent, sciunt quid et quatenus et quo modo
dicturi sint, quid responderint, quid supersit: eidemque multa ex
aliis causis aliquando a se acta, multa ab aliis audita meminerunt.
356 Qua re confiteor equidem huius boni naturam esse principem,
sicut earum rerum, de quibus ante locutus sum, omnium; sed
haec ars tota dicendi, sive artis imago quaedam et similitudo est,
habet hanc vim, non ut totum aliquid, cuius in ingeniis nostris
pars nulla sit, pariat et procreet, verum ut ea, quae sunt orta iam
357 in nobis et procreata, educet atque confirmet; verum tamen

2. **locos**, not in the technical sense, but 'places;' in order to remember things, it is necessary to assign to the concrete image by which they are represented to the mind some definite local position. This is worked out at much greater length in ad Her. iii. §§ 30–32, a passage which is well worth reading.

3. **esse capiendos**: the acc. and inf. depend on *invenisse* which is carried on.

5. **notaret**: cp. § 236.

6. **locis pro cera**: cp. ad Her. iii. 17. 30 'quem ad modum igitur qui litteras sciunt, possunt id quod dictatum est, scribere et recitare, quod scripserunt, item qui mnemonica didicerunt, possunt quod audierunt in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare. Loci cerae aut chartae simillimi sunt, imagines litteris, dispositio et collocatio imaginum scripturae, pronuntiatio lectioni.' Part. Or. 7. 26 '(memoria) est gemina litteraturae quodam modo, et in dissimili genere persimilis; nam ut illa constat ex notis litterarum et ex eo, in quo imprimuntur illae notae, sic confectio memoriae tamquam cera locis utitur et in his imagines ut litteras collocat.'

7. **fructus**, 'advantage,' not as in § 22.

8. **accipienda**, § 114.

9. **cogitaris**: cp. i. 5. 18.

10. **descriptum**, 'arranged:' cp. i. 43. 193.

11. **unde discas**, i.e. your client: cp. § 102.

14. **quid responderint**, 'what replies they have already made:' virtually, but not in syntax, equivalent to 'what points (of the opponent) they have already answered.' The reading of the inferior MSS. 'cui responderint' is probably only a careless reminiscence of 'cui respondendum sit:' it is hardly possible to take *cui* as neuter, and if it be masculine, it ruins the sense.

16. **principem**, 'chief source,' not unlike pro Cluent. 22. 60 'princeps sceleris.'

17. **sed haec ars ... confirmat**, parenthetical; 'confiteor equidem' being answered by 'verum tamen.'

18. **sive artis imago ... est** = 'vel artis imago, si ea potius est.' Cp. i. 23. 109: Kühner, ii. 954, note 4 and 6.

21. **educet**, § 124 (note).

neque tam acri memoria fere quisquam est, ut, non dispositis notatisque rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur, neque vero tam hebeti, ut nihil hac consuetudine et exercitatione adiuvetur. Vidit enim hoc prudenter sive Simonides sive alius quis invenit, ea maxime animis adfigi nostris, quae essent a sensu tradita atque impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi; qua re facillime animo teneri posse ea, quae perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam commendatione oculorum animis traderentur; ut res caecas et ab aspectus iudicio remotas conformatio quaedam et imago et figura ita notaret, ut ea, quae cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi teneremus. His autem formis atque corporibus, 358 sicut omnibus, quae sub aspectum veniunt, [admonetur memoria nostra atque excitatur;] sede opus est, etenim corpus intellegi sine loco non potest. Qua re ne in re nota et pervolgata multus et insolens sim, locis est utendum multis, inlustribus, explicatis, modicis intervallis; imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis,

13. *admonetur . . . excitatur* om. AbγZ incl. KS. 14. *sede* K cum codd. ii. *sedes* cum codd. plerisque. *sed locis opus est* P.

5. **adfigi,** 'implanted in,' often so used by Quintilian (e.g. xi. 2. 18 and 44), but apparently only here by Cicero. (Many MSS. (including Z) have *effingi*). Cp. iii. 40. 160 and Hor. A. P. 180 'segnius irritant animos demissa per aurem quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae ipse sibi tradit spectator.' Plat. Phaedr. 250 D ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, translated by Cic. de Fin. ii. 16. 52.

9. **commendatione,** 'agency,' i.e. mediation.

ut='so that.'

caecas, passive, 'unseen:' Hor. Od. ii. 13. 16 'neque ultra caeca timetve aliunde fata.'

10. **conformatio,** 'embodiment,' further defined by *imago* and *figura*, the former of which seems to denote rather a *picture*, the latter a *model* or form.

13. [**admonetur . . . excitatur**]: it can hardly be doubted that the older MSS. [including the Oxford codex Z] have here preserved the true reading: I cannot accept Ell.'s judgment 'est hic locus manifesto in illis, qui ex antiquo aliquo codice suppleti leguntur in libris recentioribus.'

15. **multus,** § 17.

16. **insolens,** 'immoderate:' cp. Reid on de Sen. 10. 31: *insolens* is almost the equivalent of *ineptus*, and has no harsher meaning than 'odd,' 'strange,' 'in bad taste:' here it means 'dwelling at unseemly length upon.'

illustribus, § 323.

explicatis, 'clearly set forth,' so as to run no risk of being confused one with another.

17. **modicis intervallis,** abl. qual. defining *locis*, not (as Sorof) governed by *utendum*: cp. ad Her. iii. 19. 32 'intervalla locorum mediocria placet esse, fere paulo plus aut minus pedum trinum.' The whole of this mnemonic system is very obscure; but it is evident from the rules given in ad Her. l.c. that the *loci* were to be selected in some place familiar to the speaker, e.g. in the Forum, in his own house, or along a well-known road. Cp. Quintil. xi. 2.

agentibus, 'in action:' not, I think, as Ell. followed by Pid. and Sorof, 'expressive,' 'vivid;' cp. ad Her. iii. 23. 37 'si non mutas nec vagas, sed aliquid agentes imagines ponemus.'

acribus, 'clear,' with the outlines distinctly marked.

insignitis, 'distinctive,' § 349.

quae occurrere celeriterque percutere animum possint; quam facultatem et exercitatio dabit, ex qua consuetudo gignitur, et similium verborum conversa et immutata casibus aut traducta ex parte ad genus notatio et unius verbi imagine totius sententiae informatio pictoris cuiusdam summi ratione et modo formarum varietate locos
88 distinguentis. Sed verborum memoria, quae minus est nobis
359 necessaria, maiore imaginum varietate distinguitur; multa enim sunt verba, quae quasi articuli conectunt membra orationis, quae formari similitudine nulla possunt; eorum fingendae sunt nobis imagines, quibus semper utamur; rerum memoria propria est

1. **quam facultatem,** 'the power to produce these:' cp. 'hanc similitudinem,' § 53. For the 'rerum similitudines, cum summatim ipsorum negotiorum imagines comparamus,' the writer ad Herennium (iii. 20. 33) gives as an example a case where a man is accused by many witnesses of poisoning, for the sake of an inheritance: then, he says, we must keep before our minds the picture of a sick man lying in bed, and at his side the accused, holding in his left hand a cup, in his right tablets (on which the will was inscribed), and having *testiculos arietinos* (i.e. a purse made from the skin covering these) hanging *medico* [*digito*], i.e. from the third finger: 'hoc modo et testium et hereditatis et veneno necati memoriam habere poterimus.'

2. **similium verborum,** etc. 'And the formation of similar words by a change and inflexion in respect of the cases, or by transferring the meaning from the species to the genus, and the representation of a whole thought by the image of a single word, after the method and fashion of an eminent painter who distinguishes the positions of objects by the alteration in their shapes.' In the first clause of this somewhat obscure sentence we have a kind of hypallage, it being the *verba* which are *conversa* and *immutata* rather than the *notatio.* Then again *notatio* is used in two slightly varying senses, in the first clause having the force of 'formation,' in the latter rather that of 'deviation.' Sometimes the memory can be assisted by forming words but slightly changed from those denoting the thing to be remembered, e.g. a month (*mensis*) may be recalled to mind by tables (*mensis*), or by denoting some member of a class by a species, as weapons generally by a sword, or by putting some concrete figure to call up an event or a thought, as an anchor for a sea-fight. Cp. Quintil. xi. 2. 18. Then as the painter represents the effects of perspective by varying the shape and size of his figures, the orator must determine the position and succession of his various ideas by the form which he gives to the images which are to recall them.

6. **minus necessaria,** in accordance with Cato's rule 'rem tene, verba sequentur.'

7. **distinguitur,** 'is awakened distinctly.'

8. **articuli,** 'particles,' not 'clauses,' as in iii. 48. 186.

10. **quibus semper utamur,** i.e. of a purely conventional, and therefore unchanging character. The artificial and clumsy character of verbal mnemonics is shown by the illustrations in ad Her. iii. 21. 34 '"iam domuitionem reges Atridae parant:" in uno loco [oportebit] constituere manus ad caelum tollentem Domitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur: hoc erit "iam domuitionem reges;" in altero loco Aesopum et Cimbrum subornari ut ad Iphigeniam . . . hoc erit "Atridae parant."' Quintilian well remarks (xi. 2. 24) 'at verborum contextus eadem arte quo modo comprehendetur? mitto quod quaedam nullis simulacris significari possunt, ut certo coniunctiones; habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium et loca scilicet infinita, per quae verba, quot sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur, meminerimus etiam omnium quasi depositorum: nonne impediri quoque dicendi cursum necesse est duplici memoriae cura? Nam quo modo poterunt copulata fluere, si propter singula verba ad singulas formas respiciendum erit? Quare et Charmadas et Scepsius, de quo modo dixi, Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac exercitatione, sibi habeant sua: nos simpliciora tradamus.'

oratoris; eam singulis personis bene positis notare possumus, ut
sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus. Neque 360
verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum
pondere et obscurari etiam id, quod per se natura tenere potuisset:
vidi enim ego summos homines et divina prope memoria, Athenis
Charmadam, in Asia, quem vivere hodie aiunt, Scepsium Metrodorum,
quorum uterque tamquam litteris in cera, sic se aiebat
imaginibus in eis locis, quos haberet, quae meminisse vellet, perscribere.
Qua re hac exercitatione non eruenda memoria est,
si est nulla naturalis; sed certe, si latet, evocanda est.

Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non impu- 361
dentis! illud quidem certe, non nimis verecundi; qui quidem,
cum te, Catule, tum etiam L. Crasso audiente, de dicendi ratione
tam multa dixerim; nam istorum aetas minus me fortasse movere
debuit. Sed mihi ignoscetis profecto, si modo, quae causa me ad
hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit, acceperitis.' 'Nos **89**
vero,' inquit Catulus 'etenim pro me hoc et pro meo fratre 362
spondeo, non modo tibi ignoscimus, sed te diligimus magnamque
tibi habemus gratiam; et cum humanitatem et facilitatem
agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam et copiam.
Equidem etiam hoc me adsecutum puto, quod magno sum levatus
errore et illa admiratione liberatus, quod multis cum aliis semper
admirari solebam, unde esset illa tanta tua in causis divinitas;

18. *spondeo* K cum codd. *respondeo* S.

1. **personis**, etc. 'If we arrange skilfully the several representative figures:' the mnemonic images are compared to the masks in the theatre, behind which were the facts or thoughts which they represented.

notare, 'impress upon our minds,' as in ad Her. iii. 20. 33 'unius cuiusque nominis et vocabuli memoria imagine notatur.'

5. **vidi**: cp. Introd. p. 13. For Charmadas and Metrodorus cp. i. 11. 45, and Tusc. D. i. 24. 59 'non quaero quanta memoria Simonides fuisse dicatur; quanta Theodectes; [of whom Quint. l.c. says that he could repeat any number of verses, once read to him]: quanta is, qui a Pyrrho legatus ad senatum est missus, Cineas, quanta nuper Charmadas: quanta qui modo fuit, Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius' [Brut. 88. 301].

§§ **361–367**. *The conversation of the second book is brought to a close by some compliments on the part of Catulus, and a general request to Crassus that he will proceed to discourse on the ornaments of style, which he promises to do in the afternoon of the same day.*

11. **utinam non impudentis**, 'whom I hope you will not consider shameless.'

12. **certe**, sc. you must think me.

14. **istorum aetas**, 'young men, like our friends here:' *aetas* varies in its meaning with the context. Cp. Hor. Ep. i. 1. 3 'non eademst aetas' with § 131, above.

18. **diligimus**, 'we esteem you very highly' for your kindness. In this sense of being obliged, *amare* is much more commonly used.

22. **admiratione**, § 58.

quod . . admirari, a not uncommon pleonasm after *admiratione*, to avoid constructing a dependent sentence after a substantive: cp. Tusc. D. i. 22. 52 'nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat.'

23. **divinitas**, §§ 179, 298.

nec enim te ista attigisse arbitrabar, quae diligentissime cognosse et undique conlegisse usuque doctum partim correxisse video,
363 partim comprobasse; neque eo minus eloquentiam tuam et multo magis virtutem et diligentiam admiror et simul gaudeo iudicium animi mei comprobari, quod semper statui neminem sapientiae laudem et eloquentiae sine summo studio et labore et doctrina consequi posse. Sed tamen quidnam est quod dixisti fore, ut tibi ignosceremus, si cognossemus, quae te causa in sermonem impulisset? quae est enim alia causa, nisi quod nobis et horum adulescentium studio, qui te attentissime audierunt,
364 morem gerere voluisti?' Tum ille 'adimere' inquit 'omnem recusationem Crasso volui, quem ego paulo ante sciebam vel pudentius vel invitius, nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius, ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? consularem se esse hominem et censorium? eadem nostra causa est. An aetatem adferet? quadriennio minor est. An se haec nescire? quae ego sero, quae cursim adripui, quae subsicivis operis, ut aiunt, iste a puero, summo studio, summis doctoribus. Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit: etenim me dicentem qui audiret, nemo umquam tam sui despiciens fuit quin speraret aut melius aut eodem modo se posse dicere; Crasso dicente nemo tam adrogans, qui similiter se umquam dicturum esse confideret. Quam ob rem ne frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus.'

90 Tum ille 'ut ita esse concedam,' inquit 'Antoni, quae sunt
365 longe secus, quid mihi tandem hodie aut cuiquam homini quod dici possit reliquisti? dicam enim vere, amicissimi homines, quod sentio: saepe ego doctos homines, quid dico saepe? immo non numquam; saepe enim qui potui, qui puer in forum venerim neque inde umquam diutius quam quaestor afuerim? sed tamen audivi, ut heri dicebam, et Athenis cum essem, doctissimos viros et in

1. **attigisse**: i. 18. 82.
4. **virtutem**, 'energy.'
5. **iudicium animi mei**, 'my profound conviction.'
semper statui: Catulus here, as Crassus repeatedly in Book I, expresses Cicero's own view: i. 2. 5; 5. 16; 6. 20; 28. 128; 34. 158 ff., and above, § 5.
7. **quidnam est id quod dixisti**, 'what did you mean by saying.'
11. **morem gerere**: i. 23. 105.
13. **pudentius**: i. 21. 97.
18. **subsicivis operis**, 'by the employment of my leisure-hours:' *subsicivum* meant literally a bit of land left over and above in the measuring of the *agrimensores*, hence 'odds and ends.'
iste, sc. didicit, supplied by a zeugma from 'adripui.'
24. **aliquando**, 'at last;' often in this sense coupled with *tandem*.
29. **in forum venerim**: cp. i. 17. 78.
30. **quaestor**: Introd. p. 10.
31. **heri**: i. 11. 45.

Asia istum ipsum Scepsium Metrodorum, cum de his ipsis rebus disputaret; neque vero mihi quisquam copiosius umquam visus est neque subtilius in hoc genere dicendi quam iste hodie esse versatus: quod si esset aliter et aliquid intellegerem ab Antonio praetermissum, non essem tam inurbanus et paene inhumanus, uti in eo gravarer, quod vos cupere sentirem.' Tum Sulpicius 366 'an ergo' inquit 'oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi eius distinctionem atque ornatum relinqueret?' Hic ille 'primum quis Antonio permisit,' inquit 'ut et partis faceret et utram vellet prior ipse sumeret? deinde, ego si recte intellexi, cum valde libenter audirem, mihi coniuncte est visus de utraque re dicere.' 'Ille vero' inquit Cotta 'ornamenta orationis non attigit neque eam laudem, ex qua eloquentia nomen suum invenit.' 'Verba igitur' inquit Crassus 'mihi reliquit Antonius, rem ipse sumpsit.' Tum Caesar 'si, quod difficilius est, id tibi reliquit, est nobis' 367 inquit 'causa, cur te audire cupiamus; sin, quod facilius, tibi causa non est, cur recuses.' Et Catulus 'quid, quod dixisti,' inquit 'Crasse, si hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum, nihilne ad fidem tuam putas pertinere?' Tum Cotta ridens 'possem tibi,' inquit 'Crasse, concedere: sed vide ne quid Catulus attulerit religionis: hoc opus censorium est, id autem committere vides quam homini censorio conveniat.' 'Agite vero' ille inquit 'ut voltis. Sed nunc quidem, quoniam est id temporis, surgendum censeo et requiescendum; post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi forte in crastinum differre mavoltis.' Omnes se vel statim vel si ipse post meridiem mallet, quam primum tamen audire velle dixerunt.

10. *partis* K. *mei partis* AbZLg. 2, 4. *meas partis* BLg 13, 32, 36. 'an *mei sermonis partis*' K. 14. *suum* K cum AbγZ: *ipsum* PS.

7. **ita partitum esse**: § 123.

8. **instrumentum**, 'stock-in-trade.'

12. **coniuncte**, e.g. incidentally in § 312.

14. **eam laudem**, sc. elocutio.

18. **quod dixisti**, § 27.

22. **opus censorium**, 'a matter with which the censor has to deal,' i.e. a violation of a compact. Gell. xiv. 12 'si quis agrum suum passus fuerat sordescere eumque indiligenter curabat, neque araverat, neque purgaverat . . non id sine poena fuit, sed erat opus censorium, censoresque aerarium faciebant.'

24. **quoniam est id temporis**: cp. i. 62. 265.

HILLES LIBRARY
RADCLIFFE COLLEGE
No books may be taken from the libr
bein charg

RY
LLEGE

e libr